

1an)

L. FENESTLLAE DE
MAGISTRATIBVS, SACERDO
TIISQVE ROMANORVM LIBELLVS,
iam primum nitoris suo restitutus.

POMPONII LAETI ITIDEM DE MA
gistratibus & sacerdotiis, & præterea de diuersis
legibus Romanorum.



Apud Antonium Bonnemere in domo Albre
ti, prope templum diui Hylarii.

[E 1535 4.]

in Borgarvis est unum pli Rjstis
in Refex Dar Ch iungen og
est
Pat ge stat sas satysin moe D

wdt

2
MAY
1916

FEN

L. FENESTELLAE DE
SACERDOTIIS ROMANO^S

RVM LIBELLVS PRIOR.

DE PANOS SAGRIS ATQVE
sacerdotibus. cap. I.



M N I V M D E O R V M,
quos vetus Romanorū reli-
gio excoluit, prima Pani Ly-
cæo, seu Faunum illum, seu Lycæi
potius Sylvanum vocari pla- Faunu-
cet, per Lupercos rem diui- Luper-
nam, Lupercalésque ludos fe-
cisse, apud vetustatis affertores constat. Ea quis-
dem sacerorum genera ab Euandro rege, qui ex Euand
Arcadia profugus in eum locum venerat, qui
tandem Romanæ præfuit arci, ad nostros pri-
mum delata, ac celebrata fuisse feruntur. Hūc
Pana nudos pastores, quorum tunc præcipuum
numen fuit, ac deinde summos etiam viros
venerari mos fuit, lorāque pro manibus fer-
re, quibus quosque cæderent: larūisque tectas
facies portare. Cur autem nudi hunc deum co-
lerent, pleraque ē curriculo vetustatis ad nos-
vsque delapsa referuntur. Siue enim quòd ipsi
deo, qui nudus singitur, suæ celeritati eo pacto
lōge aptior, nudos etiam habere ministros plac-
ceat, siue quòd Arcades omnium populorum
qui Græciam coluerūt, longe vetustissimi, feris

Pana q
re nudi
luerint.

FENESTELLA

adhuc similem vitam syluis ac montibus agētes, legis expertes, artifisque, primo hunc deum venerati, patrium cultum, autōsque nudos habitus signantes referre voluerunt, haud satis constat. Nonnulli vero Iolen vxorem Herculis ab hoc Fauno visam, ac per ardorem libidinis concupitam asserunt. Forte enim per sylvas & amoena nemorum, aestus leuandi causa vna cum dilectissima coniuge Hercules vagabatur. Videt ergo elegantissima forma mulierem ab altæ rupis specula senex deus: ergo illorum vestigia eminus licet obseruare instituit. Illi autem per sylvas ducēdæ nocti aptissimum locum petunt. interea mulier dum quiescendi tempus aduenit, pellem leonis Herculis ritu de more aptat humeris, clava etiam in illius manum assumpta. Tali habitu præditam somnus aggreditur. Erant autem duo parati conjugibus lecti, eo quod postridie Libero patri rem diuinam facturi erant, seorsum cubituris. Noctu ergo Syluanus fallendi custodis occasionem natus, clam thalamum ingreditur, primoque cōgressu fortunatus futurus, puellæ torum tenet: manūque tētans, vt noctu sit, horridum leonis tegmen inuenit. Ratus ergo cubare ibi Herculē, ad aliud cubile ire pergit: quod cum sensisset mollibus stratum, puerilibusque deliciis aptius stragula veste, sensit amorem. Dum libidine ardens manu palpat Herculem, ac vixdum hirti corporis horrorem hauserat, exrectus Hercules manu reiectum toto ans.

.ilicet.

DE SACERDOTIIS RO. 3

tro fusum iaculat, quo strepitu sonno puella
discussa lumina accendit. Lumine ergo Syluan
no prodito, lusus ac semiruptus vix attollens hu
me humeros, in sylvas detrusus. ea ergo ratio
ne perpetuo execratis vestibus, quibus tam tur
piter lusus esset, easdem suis à sacris procul ab
fore constituit. Plerique tamen huiusc rei caus
am assignant Romulo, quod eadem sacra ces
lebrante, mediòque solis ardore corpus exercen
te, cum nunciatum fuisset latrones prædas as
gere, ita ut erat nudus accurrerit, comprehen
sisque prædatoribus pecora abacta redemerit.
Eius facinoris, quod nudus gesserat, perpetuum
argumentum, corporum sacra celebrantium
nuditatem esse placuit. Vt cunque se fere habue
rit, in ipsa tantum usque C. Iulii hunc scemo
di obseruationem peruenisse constat. Ea enim
sacra cum sedens Cæsar dictator spectaret, at
que inter eos qui solennia celebrarént, curreret,
M. Antonium, is qui postea triumvir fuit, aiunt
lauream coronam, cui diadema annexum es
set, capiti Cæsaris imponere conatum fuisse:
quod cum Cæsar amoto capite reieciisset, sta
tuæ ipsius cunctis frementibus imposuisse.

De nomine vero Lupercalium, non etiam sa
tis conuenit. Plerisque enim inditum hoc no
men, quod huius inuocatione, lupi à stabulis ar
cerentur, visum est. Alii templum ipsum in quo
hic deus colitur, Lupercal, vocant: quo circa Vir
gil. Et gelida, inquit, monstrat sub rupe Lu
percal. eique loco à lupa Romuli nutrice, quod

FENESTELLA

eo loco Romulum & Rhenum paruulos edus
care reperta sit , factum nomen Lupercalis pu-
tant. Nec desunt qui à Lyceo Arcadiæ monte,
vbi præcipue ea religio peruiguit, eum quæ nos
lupum, illi lycon vocant, ipsum cognominatū
esse arbitrentur . Præcipuum vero huic deo, di-
catisque sacerdotibus venerationem ea ex parte
tributam ferūt, quod quæ mulieres ex suis viris
vel cōcipere, vel cōceptos fœtus edere nequirēt
ad Lupercos configubiebāt . Quæ vbi loris ex ter-
gore hirci sectis cæsæ fuissēt, euestigio grauidæ
aut effætæ efficiebātur . Hæc solēnia quintode-
cimo Calend. Februarias celebrari , vt Ouidius
in Fastorum libris refert, moris fuit.

.xi.

DE POTITIIS ET PINARIIS

Herchilis sacerdotibus. cap. 11.

Eadem tēpestate, Euandro scilicet palatiū
tenente, Herculē, Geryone interēpto per
eadem loca mira specie boum armēta ab-
egisse cōmemorant. Ac cū prope Tyberim flu-
uium, quia præ se fæcūtū ferens traieciisset,
vbi loco herbido reficeret boues, ipseq; in itine-
re defessus procubuisset, & eundem vino cibōq;
grauatum sopor oppresiisset, Cacus pastor, loci
accola, viribus ferox, captus pulchritudine boū
prædā auertere instituit: ac ne si prædā agendo
in speluncam compulisset, vestigia ipsa eo quæ
rentem dominum ducerent, auersos eximium
quēq; pulchritudine in speluncā traxit . Hercu-
les vero ad primam aurorem somno excitus, cū

DE SACERDOTIIS RO.

gregem perlustrasset oculis , partēque numero
abesse sentiret, perrexit ad proximā spelūcam,
si forte eo vestigia ferrēt: quæ vbi omnia foras
versa videt, nec in partem aliā ferre, confusus,
atque iacertus animi, ex infenso loco agere por
ro armētū cœpit . Inde cū actæ boues forte, vt
fit, ad desiderium relictorum mugissent, reddit
ta inclusarum ex spelunca boum vox Herculē
conuertit. Quem cū vadentem ad speluncam
Cacus vi prohibere conatus esset, iectus claua, si
dem pastorum nequicquā inuocās , morte ocz
cubuit. Euander qui tunc temporis ex ea Pelos
ponneso profugus, authoritate magis quā im
perio regebat loca, venerabilis vir miraculo li
terarum rei nouæ inter rudes artium homines,
venerabilior diuinitate matris Carmētæ, quam
fatiloquā ante Sibyllæ in Italiam aduentum mis
ratæ gentes fuerant, cōcursu pastorū tripidan
tium circa aduenam manifestæ cædis teum ex
citus, postquā facinus, facinorisque causā audi
uit, habitu formamque viri aliquāto ampliore
augustioreque quā humana intuēs, rogitat qui
vir esset. Vbi nomē patrēque ac patriam audi
uit: Ioue nate Hercules, salue, inquit te mihi ma
ter veridica interpres deū auēturū cælestē numē
cecinit, tibique aram hic dicatam iri, quā opus
lentissimam olim in terris g̃s maxima vocet,
tuoque ritu colat. Dextra Hercules data, accis
pere se omen, inpleturū se fata, ara cōdita ac
dicata ait. Ibi tamē primum boue eximia capta
de grege sacrum Potitiis ac Pinariis, quæ tum

Caci cæ
des.

Euande

Carmen

FENESTELLA

familiax maxime inclytæ eatenebant loca , des
dit . Factum forte ita euenit , vt Potitii , vt ait
us lib. Liuius , ad tempus præsto essent , hisque exta ap-
vrbe ponerentur , Pinarii extis ad cæteram ve-
nirent dapem . Inde institutum mansit , donec
Pinarium genus fuit , ne extis eo solennium
die vescerentur . Potitii ab Euandro edocti , an-
tistites per multas x̄tates huius sacris præfues-
runt , donec tradito seruis publicis solenni fa-
miliax ministerio , Potitorum ad Piniorum
omne genus periit . Id enim Appius Claudius ,
. Clau cum esset censor , effecit hisce familiis infensus
ob idque ira deorum & vt creditur & luminibus
orbatus est .

D E S A C E R D O T I O F R A T R V M Arualium. cap. III.

Fratres Aruales , vt fruges ferrēt arua , ve-
teres consuluisse Romanos memoriae tra-
ditum est . Huius vero religionis Romu-
lum ipsum patrem , vrbis authorem extitisse re-
perio . Nam cum Acca Laurentia nutrix Ro-
muli corpore suo quæstū in vulgus facere , eōq;
pacto grandem pecuniam constipasset , ex duos
busque liberis quos suscepérat , vnum morte as-
misisset , Romulūque in demortui locum ado-
ptionis iure substituisset , decedens tamen po-
pulum Romanum instituit h̄eredē . Cuius tan-
dem liberalitatis regias affinitates memor po-
pulus Romanus , mulieris nomen in Fastis re-

DE SACERDOTIIS RO. 5

tulit, liberos fratres aruales à serédo & ab aruis appellauit. Ex quo tempore sacerdotium manus sit fratrū arualium, hīque duodecim numero discutitur, eīque sacerdotio in insigne tribuit albas insulas, & spicem coronam.

DE AVGVRIIS. cap. IIII.

Eodem fere tempore, & disciplina & religio augurandi ex Ethruscis, penes quos ea disciplina præcipua ac, longe peculia-
ris fuit, ad Romanos cōmigravit. Virum enim quempiam, cuius nomen vetustate obsoleuisse Naso poeta ait, asyli[vt reor] alliciēte inductio-
ne, exulem Ethruria Romam venisse perhibēt. Fast.xi
Cuius opera Romulum Remumque vlos, cum de imponendovrbi nomine vna contenderent opinione deducor, quanquam M. Cicero in his libris quos inscripsit de diuinatione, etiā ipsum Libro Romulum istam ipsam auguralem disciplinam mo-
præcoluisse asserit. A Numa vero qui Romulo successit, perpetuum sacerdotii insigne constitutum est. De ritu vero inaugundi si vnum in casum pleraque dixero, eadem ad omnes cætes di ritus ros facile fieri poterunt. Ea quidem quantum ex veterum monumētis collegi, huiuscmodi fuit obseruatio. Augur in arce, siue in editum quen-
dam locum ad inaugrandum debebat sedere super lapidem, meridiem versus: atque ad læ-
uam sedens baculum in manu recuruum, quod lituum vocant, tenet. Inde ubi prospectu in vr- Lituun

FENESTELLA

bem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinat: dextras ad mesridiem, lœuas ad septentrionem partes esse dicit. Signū quod contra oculi cōspectum lōgissime ferunt, animo definit: tū lituo in lœuam transato, dextra in caput eius qui inaugurator posita, ita precatur. Iupiter pater, si fas hunc Numā Pompilium, cuius ego caput teneo, regē Romæ esse, vti nobis signa certa ac clara sint inter eos fines quos feci, tum peragit verbis auspicia quæ mitti vellet: quibus missis, Numa de téplo, ita enim designatas lituo æthereas regiones vocat, declaratus rex descendit. Quā quidem declarati di seu inaugurandi regis formulam, ad cætera quoq; vt dixi, trahi facile licet. Huic disciplinæ peritia Aetii Nauii auguris permultū fidei auctoritatib; accessit. Nam cū Priscus Tarquinius aliqua præter maiorū instituta inaugurate mutare, pleraq; etiā de nouo condere pergeret, negare Aetius Nauius inclytus ea tépestate augur, inauspicato ea fieri oportere. Quare ira regi mota, ludens artem, vt ferunt, agedū, inquit, diuine in augurio, fieri ne possit quod ego nunc mēte concipio? Cum ille in augurio rem expertus fieri posse dixisset, atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem discissorum. Cape ergo hoc, & perage, quod aues tuæ fieri posse portendūt. Tū illū incunctanter discidisse cōscrīpserūt, statuāque Aetii Nauii capite velato, quo in loco res acta est, in comitio, in ipsis gradibus ad lœuam positā fuisse, cotéque eadē cū illa ipsa

Liuio
verb

ius Na

DE SACERDOTIIS RO. 6

nouacula in manibus posita ut eius rei etiā apud veteres monumētum existeret. Auguriis ergo, sacerdotioque augurū, vt ait Liuius, etiāque in libris de diuinatione Cicero, tantū authoritatis & venerationis accessit, vt nihil domi forisq; postea nisi auspicato gereretur. Et ad sapientiæ nobilitatisque primarios quosque id sacerdotiū deferunt. Et cū Tiberius Gracchus pater Tiberii & C. Gracchorū comitia cōsularia habuisset dicerētque Ethrusci augures rē in augurio experi, vitio cōsules creatos fuisse, Gracchusque, vt ineptos insanosque Ethruscos incesseret, abiēs in prouinciā, senatui rescripsit, veridicos, nō autem insanos Ethruscos esse, qui cōsules præsentes vitio à se creatos dicerent, Nā cum se collegisset, meminisse se locū tabernaculo extra poœrium præter maiorū consuetudinē delegisse. Quamobrem abdicare se consulatu cōpulsi sunt. Ut autem veneratio huic ordini authoritasq; ita & numerus ipse adeo creauit, vt collegium augurum coleretur. Nam cum ab initio tres tantum creari coepisset, ex tribus scilicet tribubus, Ramnēsium, Tatiensium & Lucerum, & obtinuissent cum mutaretur numerus, impatriantū numero creari: vtcūque tamē id fieret, quatuor numero præter maiorū cōsuetudinem creari coepi sunt. Tandē cum plebs quorumlibet honorum partem suā in senatu & in foro nausta esset, per tribunos egit, vt ad sacerdotia quoq; velut ad cætera cursus aperiretur. Idq; post multa certamina, variasq; seditiones obtinuit,

FENESTELLA

vt ad quatuor scilicet patricios, quinque ex ples
be adiicerentur. Factumque hoc fuit M. Valez
rio & Q. Apuleio consulibus.

D E FLAMINE DIALI. cap.v.

FLaminem Dialem primus Numa Pom-
pilius Romæ rex creauit, cum antea res-
ges pontificumque regumque promiscue
munera obirent, vt de Priamo & Aenea apud
rgi. los Virgilium cernimus. Rex etiam Anius, vt idē
xneid. poeta ait, Rex idem hominum Phœbique sacer-
dosfuit. Idque etiam à minoribus deinceps, vt
à C. Cæsare, diuo Augusto, multisque deinceps
ontificis principibus, quos pontificatus maximi titulis
aximi ti insignitos videmus, obseruatum est. Cæterum
pus Numa plures in vrbe Romulo, quām sibi similes
reges fore ratus, qui relicta religionis cura
bellorum potius negotiis distinerentur, sacer-
dotes quatuor, quos appellavit Flamines, qui
rei diuinæ iugiter addicti essent, multis deorum
alligauit. Flaminem vnum Ioui, quem Dialem
vocant, Marti duos, Quirino vnum. Diutus
a. névns autem Flamen Dialis est, vt Varro ait, quod
dictus. in Latio capite velato erat, & caput filo lanæ
ialis. præcinctum habebat, à quo Flamen appellabatur. Dialis autem à Dioue, quod est, iuuans
deus. Cæteri Flamines eius cui præsident nus-
mini, decorantur titulis. Hunc Dialem præ-
fertim insigni ueste, curulique sella adornauit.
Hic solus, vt Varro ait, albiūm habet galerum,

DE SACERDOTIIS R.O. 7

vel ex eo quod maximus est, vel quod Ioui immolatione albaveste fieri oporteat. pleraque etiam huic pontificio iure tributa sunt, ut Aul. Gelius in commentariis Noctium Atticarum scriptum reliquit. Equo enim vehi flaminem est religio. Item iurare Dialem fas nunquam est. Ignem est flamma, nisi ubi sacrum est, efferrarius non est. Vinctum, si aedes introierit, solui necessarium est, & vincula per impluviuum in tegulas subduci, atque inde foras mitti debent. Nodum in apice atque in cinctu, neque in alia parte ullum habet. Si quis ad verberandum ducatur, si ad pedes eius supplex decubuerit, eo die verberari piaculum est. Capillū Dialis, nisi qui liber est, non detondet. Capram & carnē incōctam, & hederam, & fabam, neque tangere Diali mos est, neque nominare. Pro pagines est vitibus altius prætentis non succidet. Pedes lecti in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet, & in eo lecto cubare aliquem fas non est. Vngues Dialis & capillorum præseggmina subter arborem ilicem terra operuntur: neque ad eius lecti fulcrum, capsam esse cum strue atque ferro fas est. Dialis quotidie festialis sine apice, sub Dio autem esse licitum non est, sub testo vtiliter etiam & a pontificibus constitutum. Farinam fermento imbutam attingere fas non est, neque tunicam intimam, nisi in locis exuisse sub cœlo, tanquam sub oculis Iouis nudus ne sit. In coniuicio eius haud quisquam nisi rex sacrificulus accubabit. Matrimo-

FENESTELLA

nium Flaminis nisi morte dirimi non est fas.
Locum vbi bustum sit, nunquam ingreditur.
Hos Flamines cum ab initio consecrantur, cap-
tos duci à patribus velut ab hostibus mos fuit.
Totidem vero Flaminibus, quod deos colerēt,
vſos veteres, M. Varro in his libris quos inscri-
psit de origine linguae Latinae, testis est, vt Dia-
lem, Martialem, Quirinalem, Vulcanalem, Fur-
uialem, & Falacrum, & præterea cōplures, qui,
vt nostrum inter sacerdotium gradus nonnihil
interest, vt episcopum, archiepiscopū, cardina-
lem, patriarcham, & metropolitanū: ita apud il-
los Flaminum, protoflaminum, & archiflamini-
num differentiam fuisse idonei testes sunt.

DE VESTALIBVS VIRG- NIBUS. cap. vi.

Vestalis originem cultus, quemadmodū
pleraque omnia Numa Pöpilius intulit
et si eius initia vſq; adeo vetera sūt, vt
ex Troianis ad Albanos Aenea duce lōge cōmi-
grauerint, cuius rei meminit Virgilius his versi-
bus. Sic ait, & manibus viṭtas, Vestāque potētē,
Aeternūque adytis effert penetralibus ignem.

Dea huic Vestae, quam terram esse, eādēmque
deorum matrē volebant, perpetuo vigil ignis
consecrari solebat. Eius obseruationi ac cultui
pleraq; virgines è primoribus patrū electæ præ-
fici, quarum negligentia si forte sanctus ignis
restinctus esset, flagris à pōtifice maximo cædi-
iubebantur, vt à P. Liciuio Crasso pontifice ma-

DE SACERDOTIIS R.O. 8

ximo in eam quæ negligētius ignē custodierat,
Valerius scriptum reliquit. Incesti vero crimi Val. M.
ne damnatam, viuam suffodi institutū est. Virg lib. 1.
ginem Vestalē, vt Labeo Antistius scripsit, mis
norem quā sex annis, maiore quām annis dece
natam negauerunt capi fas esse. Itēque nō pa
trima sit, & matrima. Itēque & quæ lingua debi
li, sensuque aurii diminuta eset, alia nec corpo
ris labe insignita sit. Itē cuius parētes alter am
bove seruitutē seruuerint, aut in negotiis sordi
dis versantur, eamve cuius soror ad id sacerdos
tium lecta sit, excusationem mereri aiunt. Item
cuius pater flamen vel augur, aut qui decemuir
sacris faciundis, aut qui septemuir epulonum,
aut ~~et~~ alius est Spōsae quoque pōtificis, & regis
sacrorum filiæ vacatio à sacerdotio isto tribui ~~et~~ Sal
let. Neque eius legēdā filiam, qui domiciliū in
Italia nō haberet, constitutū est, vt Capito At
teius scriptum reliquit, & excusandā eius qui li
beros tres haberet. Item edictō prætoris virgiz
nem Vestalē, dialem ve nō cogi, sāpe inscriptū
est. Verba prætoris hæc sunt: Virginē Vestalē,
& Flaminē Dialem, ait præco, in omni mea iu
risdictione iurare nō cogam. De eligenda autē
virgine Vestali hæc obseruata sunt. Lege Papia
cautū est, vt arbitratu pōtificis maximū viginti
ē populo virgines legerētur, sortitiōque ex hoc
numero fieret in cōcione. Cæterū, inquit, ea lex
vetustate, vt plerāque aliæ exoleuit: fatisque ei
electioni fieri cōceptū est, si quis honesto loco na
tus pōtificeem maximū adeat, offeratque ei ad sa

FENESTELLA

cerdotium filiam, cuius duntaxat saluis observationibus, religionis ratio haberi possit. gratiam enim Papiæ legis per sanctum fieri aiunt. Hanc virginem à pontifice maximo, velut ab hostibus capi moris fuit. Verba autem quibus tunc pontifex vtitur, hæc sunt. Sacerdotem Vestalem sacra facere quæ iussi, pro populo Romano, Quiritibusque, vti optima lege fuit, ita te Amata capio. Amata enim nomine appellari omnes cōsueuerunt, quod ea quæ prima capta est à Numa rege, fuisse hoc nomine perh[ic] beatū. Simul atque igitur capta, atque in ea arce Vestæ deducta est, illoco sine emancipatione, ac capitis diminutione, exit patriam potestatē, & ius testamenti faciundi adipiscitur. In comētariis autem Labeonis quos super duodecim tabulas composuit, ita scriptum repertum. Virgo Vestalis, neque haeres est cuiquam intestato, neque intestatæ quisquā, sed bona eius tum redigi in publicum aiunt.

D E S A L I I S M A R T I dicatis. C A P . V I I .

Intra cætera sacrorum genera instituta à Numa rege, à posteris etiā in honore habita, id quidē in minoribus fuit, quod Marti scilicet Gradiuo vout. Duodecim enim ad hæc viros legit, quos à solenni saltu, quo in fastis vtebantur, Salios appellauit. His alios duodecim Tullus Hostilius mox adiecit, cum Romanis in aciem contra Fidenates eductis, Al-

bani à Romanis per speciem prodictionis duce
Metio defecere. Datum autem his supra tunicā
insigne, æneum pectori tegmen, cælestiaque ar-
ma, quæ vocatur ancylia, portare, ac per urbem Ancyli
canentes carmina cù tripudiis, solennique saltu
incedere: institutūque, vt in finem omnium car-
minum suorum, Mamurium appellarent. Hunc Mamu-
Mamurium inclytum ea tempestate fabrū fuisse,
& cum ancylo cælo lapsum esset, Numa Pō-
pilio, Quiritibusque rem diuinā agētibus, huic
Mamurio negocium datum esse, complura huius
similia ancylia effingēdi tradūt. Quod quidem opus cum ille exquisitissima absoluisset ar-
te, optionem, utrum à se vellet postulari artifici
Numam obtulisse, quod ex eo peteret: nam exhibiturum: artificem vero non pecuniam, sed
gloriam pro mercede petisse, quod eius nomen
à Salii in finem quorumlibet carminum recita
retur: idque per multa tempora in sacris & comi-
tiis, vt ait Liuius, obseruatum est. Eo autem huius
ordinis sacerdotium numero creuisse, ut ad
collegium, & collegii sacerdotū magistratum
redactum fuerit.

DE COLLEGIO PONTIFICVM,
& pontifice maximo. cap. v i i i .

Pontifices, ut pleraque alia sacerdotia, ab
ipso Numa ortos, apud Liuum satis con-
stat: eosdem diu præterquam à patribus
creari non licuit. Fuerunt autem ab initio hi nu-
mero quatuor: postquam vero maximorum quo-

FENESTRA

tunque honorum partem plebs tribunitiis rogationibus obtinuit, ad sacerdotia quoque, sacrosanctasque potestates patere sibi aditum voluit. Quatuor ergo alios creari ex plebe pontifices placuit, M. Valerio & Q. Apuleio consulibus. Omnibus unus praefectus fuerat à Numa Pompilio, isque Pontifex maximus appellabatur. Hic habet ex se sacra omnia exscripta ex signataque, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ tempora sacra fieri deberent: eiusmodique diuinis in rebus, vnde erogandæ pecuniae sumptus fieri debeat, curæ Pontifici est: cæteraque omnia sacra publica, priuataque sacris Pontificis subiecta sunt. Cum vero de religione, deque sacris dissensio est, populus illum consulere persigit. Perutile illud fore ratus est Pompilius eius sacerdotii author, ne ius diuinum negligendo patrios ritus peregrinosque asciscendo turbaretur: nec cælestes modo ceremonias ducesse, sed iusta quoque funebria, placandosque manus eiusdem Pontificis. Apud eum quoque tabula esse dicitur, in qua Solis & Lunæ defecatus, quoties lumini caligo fit, & anni mensium fastorumque ratio perspicitur. Pontifices, ut Varro ait, Q. Mutius Scæuola à posse & facere appellatos esse dicere solebat: sed ea denominatio à M. Varrone haud satis probari videtur. Nam & à Ponte, & à facio Pontifices appellatos putat, eo quod ab his primum pons Sublicius factus, ac saepè restitutus esse prohibetur.

DE FOECIALI SACER-

dote. CAP. IX.

Foecialis sacerdotii nusquam apud Romanos vetustiorem usum fuisse, quam Tullio Hostilio Romæ regnante reperi, quem tamen ut ab Hostilio creatum non affirmaverim, ita ne quidem negauerim à Numa Pompilio omnium religiosissimo rege creari potuisse. Vt cunque id tandem fuerit, de nomine prius, quam de M. Valerio foeciali, regnante Tullo Hostilio, apud Liuium mentio est. Foecialis vero partes in eo versabantur, ut fidei publicæ inter populos præsesset, neque iustum aliquid bellum fore censebatur, nisi id per foeciale fuisse indicatum. Cum vero pugnare desitum est, fœdere fides pacis constituebatur, quæ foedera alienigenae fidera appellata ab Ennio, quod fidei faciundæ causa traducta sunt, M. Varro testis est: foeciale mque ipsum à fide, & faciendo dictum esse idem existimat. Forma vero feriendi per foeciale foederis huiusmodi est, qua nulla ut Liuio placet, vetustior esse memoratur. Foecialis, inquit, regem Tullum ita rogauit. Iubelisse me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire: Iubente rege, sagmina, inquit, te rex posco. Rex ait, puram tollito. Foecialis ex arce graminis herbam puram attulit, postea regem interrogauit. Rex, facisne tu me regium nuncium populu Roma. Quiritium? Rex respondit, quod sine fraude mea populu Roma. Quiritium vœ fiat, facio. Fit ergo tunc foedus, mul-

Foecial munus.

Foedera vnde apellata.

Intri ducta al

Feriend foederis tus.

F E N E S T E L A

tisque id verbis peragit. Legibus inde recitatis,
audi, inquit, Iupiter, audi pater patrate pop. Al-
bani, audi popule Albane audi, ut illa palam pri-
ma postremave ex illis tabulis cerave recitata
sunt sine dolo malo, vtique ea hodie rectissime
intellecta sunt: hic illis legibus pop. Rom. prior
non deficiet, si prior defecerit publico consilio,
dolo malo, tu illo die Iupiter ita pop. Ro. ferit.,
vt ego huc porcum hodie feriam: tantoque ma-
gis terito, quanto magis potes pollésque. Vbi
id dixit, porcum saxo tilice percussit. Eodē mo-
do pars altera per suum sacerdotē, suūmque di-
ctatorem peragit. Cum autem bellum per Fœ-
ciales indicunt, hoc more vtuntur. Fœcialis ha-
bitam ferratam, præustam, aut sanguineam ad fi-
nes eoru quibus bellum indicit, defert, nec mi-
nus puberibus tribus præsentibus abiicit, quod
populi priscorum Latinorum, homines ve prisci
Latini aduersus populum Ro. Quiritium fece-
runt, deliquerunt, quod popu. Ro. bellum cum
Latinis priscis fieret, ob eam rem ego pop. que
Ro. populo priscorum Latinorum, hominibꝫ
que Latinis bellum indicō, faciōque. Vbi dixit,
hastam in fines eorum emitit, ex quo bellum iu-
stum esse intelligitur.

D E S A C E R D O T I O P A T R I S patrati. CAP. X.

Patri patrati sacerdotium, et si apud Liuiū
a fœciali haud differre videtur, aliquanto
etiam longe absuisse appareat, tamē quod
& nomen istius, illiusque, atque officium non

nihil interesse videatur, vtique & devtroq; seor
sum dicere visum est. Vt cunque esset, his descri
ptis non certe officit immoueri, sed partes Of
plures dūtaxat adscripserim. Patris patrati vsus cō im
codē tēpore, quo fœcialis apud R. o. prodit, nā & tauerit
inde feriēdis à fœciali fœderibus, Patris patrati liae.
opera authoritāsq; exigebatur. Ad patrādum e
nim. i. sanciendū iuramentū, vbi de fœderibus
cōuenerant, admitti cōsueuere. Creauit aut M.
Valerius primus fœciales, Sp. Fusium, pr̄ mun
patrem patratū eo bello quod Tullus Hostilius
cum pr̄scis Latinis gessit, verbena caput capil
lōsque cingens. Alias præterea partes. i. repeten
di, patri patrato dedit Ancus Martius, eū morē
ab antiquissima Equiculorum gente repetens.
Eius rei formula antiquissima est huiuscemodi.
Legatus idēmque pater patratus, vbi ad fines
eorū venit "nde'res repetunt, capite velato filo,
lanæ velamen est. Audi Iupiter, inquit, audite fi
nes cuiuscūque sint gentis, numina audiant fas.
Ego sum publicus nuncius po. R. o. pie iustēque
legatus venio, verbis meis fides sit. Peragit de
inde postulata, inde Iouem testem facit. Si ego
iniuste impiēque illos homines illāsque res de
dier po. R. o. miliq; exposco, tum patriæ cōpotē
me nunquā sinas esse. Hæc, cū fines suprascadit,
hæc quicunque ei primus vir obuius fuerit, hæc
portā ingrediens, hæc forū ingressus, paucis ver
bis carminis, cōcipiendīque iurisiurandi muta
tis peragit. Si non dedūtur quæ exposcit, diebus
tribus &.xxx. [tot enim solēnes sunt] peractis

Patris
trati par

FENESTELLA

bellum ita indicit. Audi Iupiter, & tu Iuno, ac
Quirine, diique omnes cælestes, vos terrestres
volque inferni audite. Ego vos testor, populū
illum quicunque est, nominat iniustum esse, ne
que ius persoluere. Sed de istis rebus in patria
maiores natu cōsulemus, quo pacto ius nostrū
adipiscamur. Cum his nunciis Romam ad cō
sulendum redit. Confestim rex, dictator, con
sul, siue quis alius senatum habuerit, ex his fer
me patres consulit verbis. Quarum rerum, litiū
causarum conduxit pater patratus pop. R.o. Qui
ritium patri patrato prisorum Latinorum, ho
minibusque priscis Latinis, quas res nec dedes
runt, nec fecerunt, nec soluerunt, quas res fieri
dari, solui eportuit: Dic[en]quit ei, quem primū
sententiam rogat] quid censes, Tum ille, puro
pioque duello querendas censeo, Itaque cōsen
tio consistoque. Inde alii ordine rogabantur:
quandoque pars maior eorum, qui aderant, in
eandem sententiam ibant, bellum erat cons
sensu fieri solitum, vt fœciales in iactu haste,
vt dictum est, bellum indicerent.

DE SACRORVM REGE. CAP.XI.

Sacrificus
lus.

Rex factorum, qui & sacrificulus dicitur
creari coepitus est Iunio Bruto & Marco
Valerio primis consulibus. Eius crean
di occasionem dedit, quod cum nuper exactis
regibus pleraque sacra à solis regibus obiri cō
sueta, regum exactione vacare videretur, idque
moleste admodum populus ferret, utpote quod

cultui diuino regum axactione videretur dero-
gatum, sacerdotem creari placuit: quē, quo mi-
nus eidē authoritatis & pīnesset, regio nomine & D
decorarunt, sacrorum regem appellantes. Sub- set alia
iecerunt tamē Pōtifici maximo, & ne similius
dīctioni suisset suppositus, iam exacti reges, re- & Ne
ducti reges esse viderentur vel crederētur. Quā nullius
vero huic partes iniunctā essent, nunc temporis tioni a
minime reperiuntur.

DE SIMVLACRITRAIECTIO.

ne matris deorum. CAP. XII.

GAllos quidē Berecynthiæ, siue illā deo-
rum matrē dicere mauis, dedicauit anti-
quitas, cāque religionē vt plerasque ali-
as, è Phrigia Romā reduxit: & eo quidē tēpore,
quo huiuscemodi carmē ex libris Sibyllinīs re-
latū est. Mater abest, matrē iubeo Romane re-
quiras. Cū veniet, casta ē accipiēda manu. Hoc
responſū cū diu torqueret patres t̄ quā enim ma-
ter esset, aut vnde petēda, nō satis reperire pote-
rant Physici Appollinis oraculū cōfūltum mi-
ſere. Miſſi huiuscemodi respōſa attulerūt. Diuū
Apollo inquit, arcessite matrem, quā Ideo quidē
iugo reperietis. Miſſi ergo in Asiam legati datū
negociū vt perquisitū ac tandem compertū deæ
simulacrū Romam reducerent. Sed cū Attalus
rex Asiæ cōpertī à legatis simulacri traiectionē
negaret, Romanis frustra iam abire paratibus,
vocem eisdē & creditam esse deæ ferūt. Ipsa in-
quit, peti volui, Romānique quod deorū omniā

FENESTELLA

dignum domicilium est, deduci. Quo miraculo
exteritus Atulus Romanis illico simulacri trā-
lationem cōcessit. Mari ergo traiecto Romam
vt traditum est, cum Tyberi nauis simulacro o-
nusta vectaretur, omni genere hominum ex vr-
be prodeunte cū carminibus, sacrificisque, in sicco
littore adhæsisse ferunt. Et cum omnis multitus
do funibus iniectis, summo conatu admiteretur
nulla tamen vi auellere harentem valuit. Erat
autem in turba Romanorum Claudia Quinta
Vestalis yrgo præstantissimæ formæ, cuius ex-
quisito habitu, multisque pleno illecebris, vio-
latæ eius virginitatis publica suspicio circumfes-
rebatur. Procubuit ergo puella ad pedes simu-
laci orans, obtestansque deam, sic inquit. Læsa
virginitatis me ream criminantur, tuū deates
stimonium, vt rēm indices, quæso: vt si tuo dā-
nata testimonio dea fuerim, admissa morte luā:
sin hac labe puram argueris, tum tu castissima ca-
stas manus prosequere obsecro. Vbi hæc dixit,
resta qua alligata erat nauis, manu arrepta, ma-
nu puellæ admodum parum conantis, facile tra-
ctum prosecuta est. hoc pacto in urbem Scipio
Nasica solus dignus, cuius manibus tangeretur
recipereturque simulacrum. iudicatus est. Da-
tum ergo Scipioni negotium, vt templum deæ
magnifice strueret, & eius cultui sacerdotes de-
dicaret, quos more deæ vetusto Spadones opor-
tebat non alio pacto ad id sacerdotium legan-
dos. Cuius quidem instituti hoc in causa fuisse
commemorant, dilexisse Cybelem puerū quen-

dam Phrigium, dilectoque hāc conditionē adiecisse, ne castitate polluta admitteretur, puerū tamē nympham Sangaridem deperisse, & cum apud eam sub arbore ei nymphæ dicata, vna quiescerat nocte dormientes, deam arbore cum ipsa nymp̄ha trucidauisse, adolescentem metuere exanimatum, in vicinum montem, cui nō men Didyma est, configuisse: doloreque amētē, pudoreque admissi facinoris, mēbrum quo desliquerat, abscedisse. Hac ratione facti dea memor, per eiusmodi homines perpetuo sibi ministrari voluit. Gallorum vero nomen à flumine Phrigiæ vetusto, quod templo huius dæx vicinum est, tractū ferunt, cuius, ut ferunt, fluualis vndæ ea vis est, vt potates insanire cōpellātur.

D E D V V M V I R I S S A C R O

rum. CAP. X I I .

DVmuiri sacrorum, quanto monumen ta veterum legendō consequi valui, sacris libris legendis, carminibusque Syllæ, fatisque pop. Ro. interpretādis præerant, Appollinis sacrarumque ceremoniarū Antistites erant: & quoties prodigia magnos aliquos terum euentus auspiciantia emersissent, lectister niis ad puluinaria deorum factis, ut illorum miseras auerterent, suppliciis sacrificisque placabātur. Eorum etiā ritu prospere geitis rebus decernebātur. Huius sacerdotii nullam ante mentionē reperi, quam tempore quo aedes Cætiori per filiū

Post humi secudi dictatoris, qui tunc duumvir, dedicata est. Latino enim bello pater ipse dictator voverat. Cæterum cum multo tempore duo ad hoc ipsum sacerdotium viri creati essent, ac plebs de suo quoque corpore creare cōsules perserget, neque ad id ipsum satis virium esset, obtinuit tādem, vt qui duumviri in eam diem creati fuissent, decemviri crearentur, quinque ex pacēviri ē tribus, totidē ex plebe electis. Quare ex duumviris uiris, decemviri appellari cœpti sunt.

DE SEPTEM VIRIS EPVLO
num. CAP. X I I I .

Septemviratum epulonū, quanquam vt consuetari potest, genus esse sacerdotii præsumbitur, propterea quod cū de vacatione Vestalis sacerdotii agitur, filiæ Auguris, decemviri factorum, Flaminis, Septemviri epulonum sacrorum, ab hoc sacerdotio excusationem merebuntur, inter sacerdotia hoc ipsum subiungitur. Vt cunque id fuerit, quoniam nihil quicquam de hac re mediocris etiam fidei authoritatisque resperi, quod huic ordini officium commissum esset, ausus asserere non fui. Plinius tamen cū esset orationem habiturus, cum quasi propter futuros astantes timeret, dixit. Stabat medio consularis, modo septemviri epulonum. Sūt adhuc Romæ in Pyramide quadrata incisa hæc verba. Opus absolutum diebus. c x x i . ē testā. C. Cornelii tribun. pleb. Septemviri epulonum.

L. FENESTELLAE DE ROMA
NORVM MAGISTRATIBVS
libellus alter.



E D quoniam nunc de reliquis magistratibus, qui ad religionem non pertinent, tractare intendimus: alii quisdem omnium magistratum maiores, alii vero minores sunt. Qui maiores, qui ve minores essent, paucis animaduertendum est. Nam Aulus Gellius pleraque hac in re ex M. Messalæ auguris libris dicta reliquit, cuius verba hæc sunt. Patriciorum auspicia in duas potestates diuisa sunt, maxima sunt prætorum, consulum, censorum: neque tamen eorum omnium inter se eadem, aut eiusdē potestatis sunt ideoque collegæ non sunt censores consulum aut prætorum, prætores collegæ cōsulū sunt, ideoque neque prætores aut cōsules censoribus, neque consulibus censores aut prætoribus turbant aut retinent auspicia. At censores inter se, rursus prætores consilésque inter se & vitiant, & obtinent. Prætor et si collega cōsulis est, neque prætorem, neque cons. iure rogare potest, ut quidem nos à superioribus accepimus, aut ante hæc tempora obseruatum est. Et in comētario.xiii.C. Tuditani patet, quia imperium minus prætor, maius habet consul, & à minore

cel.li.
cap.xi

F E N E S T E L L A

imperio minor, à maiore autem maior collega
iure rogare non possunt. Nos his temporibus
prætores prætore cœante, veterum autoritatē
Comi sumus secuti, neque his & auspiciis in comitio
in au^o fuimus. Censores equè non eodem rogantur
auxilio, auspicioque atque cōsules & prætores.
Reliquorū vero magistratuū minora sūt auspi
cia ideo illi maiores, hi minores magistratus ap
pellantur. Maiores centuriatis, inquit, comitiis
sunt: minores creandis magistratibus tribuis
comitiis magistratus, sed iustius curiata datur
lege. Ex omnibus his Messale, verbis inquit ma
nifestum fit, qui sint minores magistratus, &
quamobrem minores appellantur. Sed & colle
gam esse prætorem consuli docet, quod eodem
auspicio creantur. Maiora autem auspicia dicū
tur habere, quia eorum auspicia magis rata sūt
quam aliorum. Consul ab omnibus magistratibus
& comitiatum & concionem auocare pos
test, prætor & comitiatum, & cōcionem vīque
quaque auocare potest nisi à cōsule minores ma
gistratus nusquam neque comitiatū neque con
cionem auocare possunt. Ea re, qui eorum pri
mus vocat ad comitiatū, is recte agit. Quoniam
bifariam cum populo agi non potest, nec auo
care aliis alii posset, si concionem habere vo
lunt uti ne cum populo agant quāvis multima
gistratus simul concionem habere possint. Ex
his verbis Messalæ manifestum est, aliud effecū
popu^o populo agere, aliud cōcionem habere. Nam cū
gere. populo agere, est rogare quid populus suffra

giis suis aut iubeat, aut vetet. Concionem aus
tem habere, est verba facere ad populum, sine
ulla rogatione.

Cōcior
habere.

DE SENATORVM ORIS
gine. CAP. I.

Senatorum originem à Romulo institutam
esse, nemo ambigit, quippe qui vrbis pa-
rens & conditor, cum iam nouam ciuitatē
viribus & robore iuuenū assatim à se munitam
cerneret, haud minoris momenti fore ratus, si
eandem consilii ope fulcisset, ex primoribus pa-
trum, qui tunc aderāt ciuibus, centum numero Patres
elegit, quos ob honorem patres, ob ætatem sena^z Senator
tores appellauit: vt apud Lacedemonios senes
appellari eos, qui summum quendā magistratū
gerūt, & C. ait. Qui vero ex his primoribus cē
tū patribus geniti sunt, patricii nuucupati sunt bēt Cice
Hūc ordinem mox Tullius Hostilius expleuit, Patricii.
Alba à se diruta, Albanisque in vrbem inductis
Tum Tullios, Seruilios, Quintios, Geganiros,
Clodiosque senatores accepit. Exactis autē regi
bus, Brutus consul, exaustum bonis viris sena^z
tum intuens primores equestris ordinis adscriz
bi in senatores operā dedit, illosque cōscriptos
patres appellauit: ex que tempore patrum con-
scriptorū appellatio locum habere instituit. Pe-
nes hos quidē senatores adeo seper totius reip.
summa innixa est, vt ne reges, quidem, cōsules,
aut dictatores, aut aliis quispiam magistratus,

Patres c
scripti.

FENESTELLA

inconsulto senatu quippiam moliretur, adeo ut
cum Tarquinius Superbus pleraque præter se
natus autoritatem decerneret, tum demum ad
missio regio nomine, tyrannus appellaretur. Se
natores vero triplicis ordinis fuisse reperi, alii es
tim patricii, alii pedarii, nonnulli vero conscri
pti appellabantur. Patricii sunt hi maxime, qui
centu illis patribus à Romulo lectis geniti sūt.
Conscripti vero senatores, hi qui regum, consu
lum, censorumve decreto in senatum lecti sūt.
Pedarios autem senatores, variis rationibus ap
pellatos inuenio. Alii enim quod hi non habe
rent sententiæ dictiōnem in senatu, sed in alio
rum sententiæ pedibus irent, dictos pedarios pu
tant. Alii, quod essent plerique, qui magistratus
curules adepti, sella curuli in senatum veheren
tur. qui vero pedibus iter facerent, pedarii nos
minabantur. M. autem Varro equites quosdam
esse ait, quibus amplioribus magistratibus fun
ctis, nondum tamen à censoribus in senatores
lectis, non esset ius dicendæ in senatu sententiæ
cum tamen in senatum venire liceret, sed quas
sententias principes dixerant, in eas descendeb
ant. De ordine vero ac ratione consulēdi ses
natus, quæ hucusque reperi, ea potissimum ada
ducā. Aliquando enim primo rogari mos fuit
qui princeps in senatu à Censoribus positus fue
rat, non unquam vero ut essent, hi prius rogarētur
qui Cōsules designati essent, institutum est. Ci
cero autem in eo libro quem inscriptit Catonē
maiorem de senectute, tantum aliquando senes

Et uti honoris tributum scribit quod ut quisque
 natu grandior esset, ita prior in senatu tenten-
 tiam rogaretur. Vsu tandem introductū esse di-
 citur, ut quem consul ipse rogasset, is prior ex
 sententia verba ficeret: alium tamen quam cō-
 sularem virum rogari fas fuisse negant. Ex qua
 sanè consuetudine C. Iulius Cæsar in eo consu-
 latu quē gesit cum M. Bibulo, treis duntaxat vi-
 ros extra ordinem rogasse dicitur, M. Crassum
 Cn. Pompeium, & M. Catonem. Post M. Crass-
 sum Cn. Pópeium vbi filiā sibi in matrimonio
 collocauit, rogare primū cœpit, Cum vero M.
 Catonē rogaret, atque idem cum cōsulebatur
 de repub. nimis forte diceret, lōgioreque proin-
 de oratione vteretur qua omne fere tépus quod
 est habendum senatui, tereret, Cæsar viatorem
 vocauit, M. que Catonem, quoniā finem non
 ficeret, prehendi loquentem, & in carcerem
 trahi iussit. Catonem cum imperio pareret, se-
 natus consurrexit, & ad carcerem prosequebā-
 tur. Cuius rei quasi inuidia motus Cesar desti-
 tit, atque èmitti iussit. De more autem habédi
 senatus M. Varro rogatu Pompeii librū edidit
 cū ille primū cōsul cum M. Crasso fuisset desig-
 gnatus, Creditur quia foris militiāque ad eam
 ætatem occupatuvelle ciuilis cōsuetudiniscius
 ex pers erat fieri peritior. Sed cum librū in ipsa
 Varronis ætate periisse, idem ipse in epistola
 ad Opianicū scripsit. Qua in epistola multa scri-
 bere Varronem id genus Aulus Gell. in com-
 mentariis noctium Atticarum refert. Primum Gel. libro
 xiiii. c. vi

Varroni
 liber de
 more ha-
 bendi fe-
 natum.

FENESTELLA

ibi scriptum fuisse, per quas personas haberi senatum liceret, nominat dictatorem, consulem, prætorem, tr. pl. inter regem, præfectū vrbi, neque ullis aliis ius fuisse senatum frequentem fieri iubere asserit. Addit deinde extraordinario iure tribunos militares, qui pro consulibus essent. Item decem viros, quibus imperium consulaire tum esset. Item trium viros reipu. constituendæ causa creatos, consulendi senatum ius habuisse. De præfecto vrbi Latinorum, vtrum senatū habere liceret, non satis conuenire ait, qui licere negavit, quod ne ille quidem senator sit: proinde ius dicendæ in senatu sententiæ nō habeat, in rationē adducunt, eaque aetate, quæ nondum senatoria sit, creati. M. autem Varro, & Atteius Capito, ius esse præfecto vrbi, senatus habendi aiunt, quandoquidem & tr. pl. quanquam non essent senatores, ante Acciniū plebiscitū ius senatus habendi esset. Scripserat etiā de intercessioneibus, illis videlicet ius intercedendi fuisse, qui vel ea potestate, vel maiori fuissent, iis qui senatus cōsultum, aut plebiscitum, vel aliud decretum rogarent. De loco habendi senatus, aut senatus cōsulti rogandi, nisi in locis per augures constitutis, quæ templa appellabant, haberi rogarive posse negabant. Vnde & in curia Hostilia, in Pompeia, & post in Iulia, cum profana essent loca, templa per augures sunt constituta, ut in iis senatus consulta more maiorū iudei senata fieri possent. De tempore vero habendi senatus, ita disserit. Ante exortum, inquit, solem

Atiniū
as.

locus se-
natus ha-
bendi.

épus ha-
tuta, vt in iis senatus consulta more maiorū iudei senata fieri possent. De tempore vero habendi senatus, ita disserit. Ante exortum, inquit, solem

aut post eius occasum , senatusconsultum irritū
esse, opus etiam cēforum fuisse per quos & quo
tempore factum esset senatuscōsultum. De æ^z Senate
tate autem senatoria etiam adolescētibus sena ætas.
torum senatum ingredi licuisse , veterū monu
menta legentibus apparet. Quo minus vero tā
dem in senatum illi ætati venire liceret, Papy
ri prætextati factum in causa fuit, vt Valerius
Maximus scriptum reliquit. Tunc igitur consti
tutum ne cui paucioribus. xx. & quinque annis
nato senatum ingredi liceret, vt est apud Plu
tarchum in vita Magni Pompeii . Itē apud ius
ciuile Romanorum, quo nos etiam hoc tempo
re vtimur, facile conspicari licet . Qui vero se
natū habiturus eset, auspicari primo, atque im
molare hostiam debere, idē Varro cēsebat. Do
cuit & de diuinis rebus, prius quām de huma
nis ad senatum esse referendum. Item senatus
conf. duobus modis fieri, aut per discessiōnem,
si consentiretur: aut si res dubia eset, per singu
lorum sententiam. De pignore quoque capiendo
de multa irrogāda senatori, qui quo tempore in
senatum venire debuit, non interfuerit. Quan
tum vero ad senatorum familiam pertinet, se
natoriarum personarum appellatione, & vxor^{es} in pand
res contineri decretum est. Adoptiuos autem fi
lios, et si ante quā patres in senatū essent ducti
se in adoptionem dedisset, senatores esse pla
cuit. Si quis autē ex patriciorum ordine plebeio
homini se in adoptionem dediderit, patricium
tamen manere cautum est: quam legem ea tem

FENESTELLA

pestate nullam fuisse arbitror, eum P. Clodius
vir patricius, quo tempore tribunitia potestate
fung eretur. qua aduersum Cic. factio ne vteret
tur, plebeio homini se adoptandum præbuit.
Contra senatorum filiæ, nisi quæ senatoriis ho
minibus nuptiæ essent, clarissimaru fœ
minarum nomine non continerentur. Senato
ris vero filium à patre emancipatum, et si filii no
men iure ciuili amittit, senatoriam tamen retin
nere dignitatem creditur. Posthumi autem, quā
uis post patris mortem nascuntur, senatorii tam
en homines appellabatur: eum vero qui post
quam pater senatu motus est, concipitur, & na
scitur, non esse senatoris filium Proculus & Pe
gasus opinabantur. Si quis vero ante conceptus
fuerit, quam eius pater senatu moueretur, non
nocebit filio casus patris, quo minus senatoris
filius censeretur: sed si pater antequam concipes
ret filium, senatoriam dignitatē amiserit, ac de
inde decesserit, filii autem in aui potestate sena
toris recideret, et si non quasi senatore patre na
ti videantur, senatorii tamen esse censabantur
Mulieres autem senatoribus primo, deinde in
ferioris fortis hominibus matrimonio collora
tæ, clarissimatum ordinis non sunt. Itaque im
petrare pleraque à principibus solent, vt nuptiæ
iterum inferioribus viris, in senatoria nihilo
minus maneat dignitate, vt dicitur diuū Augu
stum Iuliæ Mameæ consobrinæ suæ indulsisse
Senatores vero senatorio ordine amotos, quā
uis capite non minatur, & ciuitatē retineat,

DE MAGISTRATIB. R.O.

18

iudicare tamē ac testimonium dicere prohibet
lex Iulia repetundarum.

DE TRIBVNIS CELERVM

equitum. C A P . II .

TRIBUNOS Celerum equitum primus Romulus creasse fuitur, cum tres equitum centurias, quarum opera in omni reipub. discrimine vteretur, adscripsit. Eas ceterias, Ramnensium, Tatiensium, Lucerum appellavit: Ramnensium à Romulo, Tatientium à Tatio Luciferū vero denominatio, ut Liuio placet, incerta est. Quos autē tertios his præfecit viros, quos ex tribus elegit tribubus. tribunos nominauit. Fuisse autē numero tercentos ait equites, eo quod singulis curiis, quae triginta erant decē adsciverit. Quod vero celeriter accurere eos voluit, siquando respub. illorū opera indigeret, apellari Celeres voluit. Sunt etiam qui à Celere quodam, qui primus iis ordinibus à Romulo præfектus fuerit, Remi interfectore, hoc nomē Ouidius. In libro Faustus li. iii. storum significare intelligitur. Fast.

DE QVIAESTRIBS. C A P . III .

Væstoribus crædis origo vetustissima est, & ante omnes pene magistratus insti tuti sunt. Gratianus aut in eo libro quæ de temporibus scripsit, ipsum etiā Romulū & Numā, duos habuisse quæstores, quos nō sua voce,

c ii

FENESTELLA

sed populi suffragio creatos, scriptum reliquit,
Cæterum ut Romulum quæstores habuisse nō
vsquequaque notū est, ita Tullū Hostiliū regē
quæstores habuisse constare nequit. Quod vero
publice querendæ pecuniæ præpositi erant, ap
pellatos aiunt. Quæstorum vero ærarii, & vrba
næ pecuniæ curam agere, prouincias partim exi
gedis vectigalibus fortiri, plerique t̄ ut Gratia
nus dixit]epistolis in senatu legendis occupari.

adida: Iisque nuncupati Candidati principis. Nōnuquā
principis autem maleficia conquerire quæstoribus nego
cio traditū est: ex quorum exercēdis quæstioniz
bus, quæstores dictos fuisse, Mar. Varro opinaz
ri videtur. Quæstores ut fere oēs reliquos ma
gistratus tam plebeios quā patricios promiscue
creari obtinuit: quæ potestas quoniam minoriz
bus adscribitur, neque prehensionē, neque vo
cationem habet. Et quemadmodum priuati in ius
ad prætorem vocari solent, eadem geredorum
honorū, dicendæque in senatu sententiæ initiu
fuisse perhibetur. Etiam quia de capite ciuis Ro
mani iniussu populi non erat permissum consu
libus dicere, propterea quæstores constituebanz
tur à populo, qui in capitalibus præfessent rez
bus. Ii appellabātur quæstores parricidii, quorū
& meminit lex duodecim tabularum.

DE INTER REGIA POTES

state.

C A P. IIII.

Romulo ergo humanis iam rebus sub
dacto, fluctuantibus patrum animis,

quo pacto rempublicam procurarent, quem in
demortui regis locum suffecturi, aut quo tandem
pacto essent, ne noua multitudo sine rege ac du-
ce passim vagaretur ac vicinorum tandem iri-
tatis animis, urbem rectore vacuam vis aliqua
externa adoriretur: difficultati rerum consulere
rati, ceterum patres, decem decuriis factis, singu-
los ex singulis legunt, qui summæ rerum præf-
sent. Ex iis unum qui insignibus imperii & fa-
scibus esset, decernunt. Quinque dierū spatio fi-
niebatur imperium: eoque pacto vicissim inter se
sortiebantur, dum orbe exacto annus circumas-
geretur. Sed huius imperiis cum iam pertœsum
videretur, ac plebs pro uno rege, centum sortitu-
esse quereretur, audiretque ea moueri patres, qui
vel in imperium poscituri esse videbātur, per spe-
ciem beneficij ultro offerendum rati, summam
potestatem populo permittunt, statuuntque ne
plus iuris ac potestatis futuro regi permitteret,
quam apud se retinerent, simul decernunt, quem
populus ipse regē iussisset, ita demum ratus ha-
beretur, si patres authores extitissent. Tum in-
terrex concione aduocata quod bonum, faustum,
felixque sit, inquit, Quirites regem create: si di-
gnū, qui secundus à Romulo sit creaueritis, pa-
tres authores fiēt: atque ea cōditione reges crea-
bant, apud quem summa rerum erat. Dum re-
gia potestas vacans erat, interrex appellabatur.
Apud minores vero Romanorum cum reipub-
ca abesset consules, neque habēdis comitiis
interesse possent, siue vitio cōsules creati effēt,

Decuri-
patrum
Ex Liu-

Interre-

FENESTELLA

si dictatorem comitiorum causa dici nō placuerit, res ad interregem deducebatur, ac per interregem consularia comitia habebantur.

DE D V V M V I R I S C A P I T A Z libus. cap. v.

Si duumuiratus capitalis repetere originem volueris, usque à Tullii Hostilii regis temporibus erit repetenda. Is enim bellum cum Albanis gesturus, copias iam è campis in aciem eduxerat. Tum Metius Suffetius Albanorum dux, regem Romanorum ad colloquium vocavit: qui ubi in conspectu venerunt, diu de conditionibus pacis inter eos agitatum est, hanc tandem conditionem inierunt. Erant in exercitu Albano tergemini fratres, quinque Curiati appellabantur, ut hi cum tergeminis Oratiis Romanis ferro dimicarent: vtrius exercitus viatores essent, is populus cum bona pace alteri imperaret. Armati ergo hinc Oratii, illinc Curiatii, in campum prodeunt, diu vario Marte pugnant, ad extremum tres Curiatii, atque illi quidem omnes saucii, duos ex Oratiis obtruncant, tertio integro relicto. Iuuenis ergo integrer corporis animique viribus, ne si stando tutari iactus non posset, ambire campum instiuit: ex Curiatiis, qui validior erat, metu exanimatum fugere ratus, persequi illum aegre licet, pergit. Oratius ubi alterum longè ab aliis esse cernit, Curiatum aggreditur, parumque validum facile obtrunca. Accurrentem

fratri ferre auxilium, primo illo etiam infirmiori,
rem, & vix sustinentem arma, facilius occidit.
Tertium graui vulnere, metuque grauiore, mi-
nore negocio cōfodit. Iuueni ergo Oratio om-
nium consensu gloriosissimus triumphus decer-
nitur. Triumphantē ergo cum omne genus ho-
minum, tum Oratia soror venit obuiam. Hęc
Oratia alteri ex Curiatiis forte despōnsata fues-
rat: quæ vbi conspexit occisi nuper à fratre viri
pēdentes ab hasta exuuias, lamētis & fœmineo
eiulatu complebat omnia: cuius rei indignatiōe
sororem interfecit, ratus publicam lātitiam tur-
basse. Triumpho ergo acto, Oratius ad regē tra-
hitur, in earcerem seruandus traditur: ergo om-
nium sententia Oratum damnat capite, sed res-
cens tam insignis facti memoria permultum fa-
uoris à rege ipso sibi vendicat. Dilationem er-
go iudicii rex queritans, tum primum duos vi-
ros creat, quæstionem iudicii ab se ad illos rei-
cit. quid plura: duumiri plectendum capite Oz-
ratium pronunciant: sed Oratius ab illa senten-
tia populum appellat. res ad populi iudicium re-
sicitur, Tum vero senis, orbique trium libero-
rum parentis lachrymis, & pro concione orat-
tionibus acta, insignis acta rei recenter memo-
ria reum iuuenem populus absolvit. Tum er-
go duumiris capitalibus initium esse cœpit,
vnius tamen & argumento triumiri collegae & aug-
facti sunt. Quod vero capitalibus quæstionibus to-
præsent, & carceris rerum capitalium agerent
custodiam, capitales appellati sunt: cuius etiam

FENESTELLA

magistratus in damnatione. C. Manilii Capito
lini opera usum pop. Ro. Liuius meminit. Eos
rundem interuentu triumvirorum, in eos qui
cum L. Catilina coniurauerant, animaduersum
est, ut meminit Sallustius.

D E P R A E F E C T O V R B I S . C A P . V I .

De præfecto urbis nusquam antea quicquam
reperitur, quam de Sp. Lucretii patris
Lucretiae prefectura: non tamē alios re
ges præter Tarquinium Superbum, præfectos ur
bi creare potuisse negauerim. Quo sese res ver
tāt, cū regibus proficiisci opus foret, penes præ
fectum urbis summa rerum relinquebatur. Vbi
autem imperium propagatum est, totius Italiam
iurisdictio ad præfectū urbis delata est. Omnia
enim crimina quæ per totam Italiam admitte
bātur, ut epistola diuī Seueri ad Fabium Cylio
nem cautum est, præfectus urbis sibi vendicat.
dem fe In initio vero eius epistolæ ita scriptū est. Cū
ad verz vrbem nostram fidei tuæ commiserimus, quic
m proz quid intra vrbem admittitur, ad præfectū urbis
a in pā. videtur pertinere. Sed & si quid intra centesimum
offic. lapidem admissum sit, præfectivrbis ad cogni
cf. vrz tionem pertinet. Si ultra centesimum lapidem
admissum fuerit, vrbis præfecti notio non erit.
Audiet seruos qui ad statuam confugerint, aut
qui de dominis conquerantur, quod de suo pe
culio empti, non manumittātur. Audiet domi
nos egentes, & qui se ægros esse dicant, deside
rētque sibi à libertis suffragium impendi. Rele

gandi etiā, deportandīque in insulam, potestatē
præfectus huiusmodi obtinet. Si quis autē seruū
suum in vxorem suam adulterium cōmisissle aſſa
serit, apud præfectū vrbis erit audiendus. Neq;
est alienum ab eius potestate, vt corā ipso inter
dicatur quod vi aut clām exercetur. Solent item
ad præfectum vrbis tutores curatorēsque remit
ti, qui male in tutela curāque versati fuerāt, qui
que grauiore animaduersione quām vt suspecto
rum crimen incurant, indigēt, seu quos proba
ri possit, datis nūmis tutelam occupasse, seu ac
cepta mercede operā dedisse quo minus idoneus
tutor assignaretur alicui, vel cōfulto circa eden
dum patrimonium eius quantitatē minuisse,
ſiue euidenti fraude pupilli bona alienasse. Id
quoque iniunctum est huic magistratui à diuo
Seuero, vt mancipia tueatur, ne prostituantur.
Curare præterea præfectus debet, vt nummula
rii probe ſe agant circa ſuæ professionis nego
cia obeunda, temperētque ab iis quæ leges non
admittunt. Si autem patronus ſe à ſuo liberto
aut docuerit, aut contumeliosum ſibi libertum
queratur, ſiue ſe conuitum ab eo paſſum, libe
ros veſuos, vel vxorem, aut quid ſimile obiectū
fuerit, præfectus vrbis adiri ſolet: & pro modo
querelæ corriger eum, aut comminari, aut fu
ſtibus caſtigare, aut ulterioriſ procedere in pœnā
ſolet. Quōd ſi delatum ſe à liberto, aut contra
ſe cum inimicis conſpiraſſe doceat: etiam in re
tali præfectus in eum pœnam conſtituet. Cur a
etiam rei macellariæ omnis, vt iusto precio v̄ez

FENESTELLA

neat, ad officium præfetti pertinet: & ideo fo-
rum boarium, suarum, piscarium, & olitorium
ad eundem præfectum pertinet. Ad tuendam
quoque populorum quietem, dispositos stationa-
rios milites habere debet, curare queat sibi quod
ibique agitur, per delatores denuncietur. Po-
test etiam vrbi interdicere negociatione profes-
tionibus, aduocationibus, & foro ad tempus &
in perpetuum. Sed cum multo tempore præfe-
ctus vrbi creatus fuerit, demum illius ditione
delata ad praetorem, translata Latinarum feria-
rum, duntaxat creari coepitus est. Et cum cæte-
rorum omnium magistratum fora quiesceret,
soli prefecto vrbi Latinorum subiacent, ne quis
alteram magistratuū speciem arbitraretur. Ple-
raque quæ ad præfetti ditionem pertinere vide-
bantur, de industria omissa sunt.

DE CONSVLIBVS. CAP. VII.

Consularem potestatē regiæ potestatis ex-
emplo accersitam fuisse, vetustatis ma-
numenta declarant. Exactis enim regi bus
duo viri creati sunt, quibus præterquam quod
annum imperium datum est, nihil aliud im-
mutatum est. Itaque lictores & trabeam, ce-
teraque regum insignia tenuere. Quod consu-
lere rem publicam deberet, consules appellas-
uerent. In iunctumque, ut omnium quæ ē repu-
blica fore arbitrabantur, diligenter curam age-
rent. Primi consules post exactos reges tuerit L.

insules
de.

Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. Brutus cum collega egit, vt penes alterum dū taxat fasces forent: ne si penes vtrunque popu-
lus conspexisset, duplicitum terorem ex uno ad duos reges quereretur. xii. erant numero
lictores, qui cum fascibus virgarum securim cuiusque consulum præferebant. Quem numerum
lictorum collegisse Romulum ferunt, eo quod
xii. vultures in Auentino monte, cum auguriis
cum fratre contenderet, inspexit. Nonnullis
autem atque idoneis authoribus, hoc vt pleraq;
alia, scilicet apparitores. sellam curulem, to-
gam & prætextam ab Etruscis finitimiis po-
pulis adsciuisse verisimilius videtur. Etruscos
enim cum duodecim populis constarent, re-
ge communiter creato, vnum lictorem regi
singulos exhibuisse. Lictores autem à ligando
dictos existimant: quod quem consules prehen-
di ligarique iussissent, præsto essent ad prehensio-
nem, & venientes consulibus obuiā, de
equo descendere iuberent. Iunio autē Bruto al-
tero ex primis consulibus in bello extinto, cū
solus P. Val. in consulatu remansisset [Hic
enim in Tarquinii Collatini locum suscep-
terat, quod ille ob iniurium Tarquiniorum ge-
nus se consulatu abdicare compulsus esset] vt
sunt mutabiles vulgi animi, in ipsum non in-
uidia modo, sed suspicio etiam cum atroci cri-
mine oborta est. & cum consul aduocata con-
cione se expurgasset, author esse instituit feren-
dæ legis, vt aduersus omnes magistratus esset.

Lictore
vnde.

FENESTELLA

prouocatio. Tum vero consularis authoritas, regiae potestatis longe inferior esse cœpit: ac libertatis iacta semina mirum in modum conuas luisse visa sunt. Consules nisi à patribus creari, quod apud alios auspicia nō essent, religionem fore aliquādo creditum est. Prostigato tandem Gallico bello, eo scilicet quo T. Manilius Torquatus torque hosti Gallo, quem singulari certamine occiderat, detracto, Torquati cognomē sibi posterisque suis clarissimum dedit, assiduis tribunitiis seditionibus vieti, alterum ex plebe consulēm creandum concessere. Primus autem de plebe consul L. Sequacius creatus est: & cum antea tribunos militum, qui pro consulibus essent, ex suo quoque ordine creari plebs obtinuerit, sāpenumero creationi tribunorum, consularis potestatis intermissio occurrit: adeo ut duobus aliquando, nonnunquam pluribus, sāpe etiam paucioribus annis consulare imperium vacauerit. De constitutione vero consularis potestatis, id vulgo compertum est: habitis scilicet per consules, siue alterum duorum, siue per interregem aut dictatorem comitiis, quae tribuum, centuriarūmque conuentu ac suffragiis constant, & in campum Martium accitis, qui consulatum petituri erant, in campum descendunt: atque eo quod tunc candidis vestibus induti sunt, Candidati vocantur. in quē igitur populi suffragia, consularibus habitis comitiis, suffragiisque rite peractis, concurrebant, is erat consul designatus. Sed quoniam de comitiis habui-

mus mentionem, non incongruum est, hic nō
nihil ex iis quæ ad nos usque peruererunt, ad
scribere. Comitiorum enim alia calata, alia tri Comitic
buta nūcupantur. Calata vero dicta, quod per li rum diu
storem curiatim calari, id est, vocari solebat. Ea sitas.
vero in cēturiata & curiata diuiduntur. Curiata
ex curis, quæ tringinta numero erat, & one ge
nus ciuium continebant, per curiatum lictorem
vocabantur. Centuriata vero per cornicinē ex
censu & ætate accersebantur. Tributa vero ex
omnibus regionibus vrbis, ac tribubus ut res
or]nuncupata constabant. Centuriata autē fieri
intra pomœrium netas erat, quia exercitui [ut
ferunt] nisi extra vrbem imperari ius non sit.
Propterea Centuriata in campo Martio habet
ri, quod exercitui imperari præsidii causa fo
litum fit. Illud præterea necessarium consulaz
tum potentibus, ut per scipios comitiis intere
sent, per alios petendi facultas nullo pacto de
cernebatur. Quinetiam prescribendis cæteris
magistrantibus obseruatum video. Eam præter
ea potestatem, de qua agimus, & filii familias,
& sui iuris constituti consequuntur, siveque ipsos
apud se sua authoritate emancipandi facultas
est. Tandem etiam institutum, ut qui co
sules fierent. ipso iure sine eman
cipatione à patriæ potes
tatis vincis
lo libera
rentur.

FENESTELLA

DE DICTATORE. cap.viii.

Dictatorem Albanos prius quam Romanos habuisse, quippe qui Metiu Suffetum habuerunt. testis est Tit. Liuius. Apud Romanos vero primus dictator factus est T. Largius primum consul, quo anno, quis buſe conſulibus, nō fatis cōſtat. Illud vero liquet, Latino Sabinoque bello impendēte, quae draginta ve populis in Romanos cōiuratis, cōcitatae. Mamilio Octauio Tusculano, Tarquinii superbi genero, qui eum penes exulabat, dictatorē Romae creari instituisse. Ea summa qui dē potestas apud Romanos fuit: à qua nec pro uocandi ius fuisse, & animaduerſum in caput cuiusque ciuiſ Romani. totiusque reip. summā ditionem penes ipsum habuisse, veterum scrippta teſtantur. Lictores, & vniuersa regum insigニア dictatori attribuere: quia autem summum ei in populum ius summaque potestas fuit, magister populi cognominatus est: ex quo factum, ut qui potestate aliquam de publico haberet, vt pote quod à ſuprema dictaturae potestate ortū duceret, magistratus, velut à candido candidatus vocaretur. Dictator autem nullo alio pacto creari confueuit. quam cum vis aliqua maior de improviso oborta, ingētemi vrbī cladem ministri videretur. prius non niſi ē patribus, velut pleraque alia, Dictatore legifas fuit. tandem vt cetera quoque idipſum imminentum eſt. Bello enim quod Populus Romanus cum Faliscis

geslit, Tarquinensib[us]que, primus de plebe dictator creatus est C. Marius Rutilius, qui & ipse magistrum equitum etiam de plebe hominem & L. Plautium dixit. Hunc magistratum, quo: & C. niā quam amplissimus esset, nō nisi sex men Plautiū ses retinere licuit: quod vero futuros dictitare alii. magistratus solitus sit, appellatum esse dictatoꝝ rem M. Varro ait. Huius etiam praetextu magis Dictatoſtratus L. Sylla, ac deinde Iulius Cæſar rempub. vnde ap opprēſſere, tyrannidis iniſum atque infame pellatus nomen euitare cupientes. De dictatore ergo, quantum per veterum disquisitionem licuit, diſxiſmus.

DE MAGISTRO EQVIS

tum. cap. ix.

Vales tribuni Celerum apud reges, tales ferme apud dictatores magistri equitum fuere, & vt dictatori ius summum in populum fuit, ita in omnes milites & accensos magistro equitum fuisse, traditū est. Primus magister equitum Sp. Cassius fuit, à T. Largio primo dictatore creatus. Id demum officii fuit magistris equitum apud dictatores, quod tandem Praefectus prætorio apud Cæſarem. prætoriu-

DE TRIBUNO PLEBIS.

cap. x.

TRIBUNIS plebis creandis initium fuit secessio plebis à patribus in montem Sacrum facta. Transacto enim bello, hinc Volscorum, illinc Equorum atque Sabinorum,

FENESTELLA

cum ex promissis patrum ferendæ legis de libe
randâ à nexibus concensorum plebe, spes qui
busdam certis indicis versaretur, quæ tum qua
dam ac nimia lūione protrahi videretur a pa
tribus, M. Valerio dictatore creato: qui ad po
pulares seditiones comprimēdas, ingensque ge
rendum bellum mitteretur: cūque pro plebe ad
ferendam legem intercedere cœpisset, & se &
plebem frustrari videret, magistratu se abdicat
uisset, accederetque ad indignationem plebis.
quod patres plebis animos à seditionibus auerte
re rati, sub prætextu sacramenti cōsulibus præ
stiti, nouo bello cogere ad militādū adnītebāt
tur. Plebs permoleste id ferens, in montem Sa
crum, qui est trans Anienem, tertio ab urbe mi
liario secessit. Quod cum ingentem trepidatio
nem incusisset patribus quoniam enim modo
urbem omnium militum robore exhaustam, si
qua vis belli aliqua ex parte irrepsisset, tutari
rempub. facultas dabatur.] Menenium Agrip
pam summæ ea tempestate authoritatis virum
plebi charum pariter ac patribus, legatū ad cō
ponendam popularum seditionem decernunt:
qui graui usus oratione, in qua apologū de cō
spiratione membrorum contra ventrē induxit
quemadmodum ventri ea conspiratio cladem
attulerit, usque eo deleniuit plebis animos, ut
lius opera pacem cum patribus iniuerit. In cui
ius pactione fœderis conuenit, ut plebeios in
urbe magistratus obtinerent. Duos ergo tribu
nos tū habere plebs cœpit, A. Vir. T. Vetusio

DE MAGISTRATIB. R.O. 25

consulibus. Alia rursus secessione tres additi Apio Claudio, & C. Quintio consulibus. Mox quinque item alii, consulibus M. Oratio Pulullo, & Q. Minutio. Hoc pacto decem tribunis in plebem Romanam fuit iurisdictio. Tribunorum vero tanta crevit authoritas, ut quicquid senatus decreuisset, ita demum ratum haberetur, si tribuni approbassent. Stabat ergo in vestibulo curiae vbi habebatur senatus templum enim ingredi non licebat] & quaecunque senator es decessissent, tribunis animaduertenda perferebatur: ut si pro repub. fore viderentur, approbarerit: cetera ad arbitrium reiicerent, tanquam senatus consulta approbassent. T. literam in tergo adii T, literae ciebant, haud alio pacto rata iudicatum iri. Sed de tribunitia potestate, si latius patere voce & F. Facib voluerimus, Labeonis Antistiti juris peritissi verba. mi constat sententia: cuius verba, quemadmodum apud Aul. Gel. scripta reperi, ita ipse scripsi. Aul. Gel. In quadam, inquit, epistola Attei Capitonis i. li. xiii. caput legimus, Labeonem Antistitium legum atque xii. que morum pop. Ro. iurisque ciuilis doctum a prime fuisse: sed agitabat, inquit, hominē libertas quedam nimia, & vecors usque eo, ut diuino Augusto principe, & rem pub. obtinente, ratum tamen pensumq; nihil haberet, nisi quod iustū, sanctūque esse in Romanis antiquitatibus inuenisset. Ac deinde narrat, quod idem ipse Labeo per viatorem a tribuno plebis vocatus, responderit. Iussit enim ei qui missus erat, ad tribunos plebis redire, eisque dicere, ius eos non habere,

FENESTELLA

neque se, neque alium vocandi , cum moribus
maiorum, tribuni plebis prehensionē haberent,
vocationem non haberent. Posse igitur eos ve-
nire, &prehendisse iubere, sed vocandi absentē
ius non habere. Idque etiam apud Varronem
in lib. rerum humanarum scriptum afferit Aul.
Gel. Qui sane Varro cum triumuir esset, afferit
se à tribuno plebis non vocatum fuisse, cum tri-
bunus plebis esset, neminem vocari iussisse. Ma-
ximæ vero partes tribunorum in intercessionis
bus extitere. Id quidem est vim à cæteris magis-
tratibus prohibere fieri at minores in legibus
ad populum ferendis, quæ plebiscita appellantur.
In quibus sane rogandis, patrum interesse
nulli admodum ius fuit. Quinetiam in prouinciis
proconsularibus assignandis, ut idem apud
Plutarchum in vita M. Catonis maxime in tri-
bunatu P. Clodii. Licet istud etiam obseruatum
est inter tribunos , si cæteri omnes vnam rem
probassent, unus vero id prohibuisset, plus cæte-
ris quidē omnibus in ea prohibitione polleret,
& reliquos omnes facile impedire posset.

DE PROCONSULARI POTE STATE.

cap. xi.

DE hac quidē potestatis specie, nihil quic-
quam prius reperi, quam bello à po. Ro.
cum Equis infeliciter gesto, maximōq;
terrore vrbi illato. Tum enim consul, qui in vr-
be remanserat, quò celerius delectū facere pos-
set, proconsulē creauit, qui obfessō collegā aux-

lum afferet. Creatus est igitur proconsul T. Quintius, Albo Posthumio, & Sp. Furio consulibus. Quod vero pro cōsulibus mitteretur, eosq; vice functuri essent, procōsules appellati sunt. Iis magistratibus cetera quidem cōsularia insignia concessa sūt, præterquā quod sex dūtas xat lictoribus vti iniunctum est. Qua tēpestate non ordinaria quidem, sed delegata iurisdictio ne proconsul [de quo agimus] vtebatur: quāuis postea vsu euenit, vt propria huic magistratuī iurisdictio competere instituerit. Propagatis enim imperii finibus, complurium & ingētium bellorum administrandorum cura exorta, obser uari cōceptum, vt quo quique anno consules fuissent, sequēti proconsules remanerent, & varias prouincias cum imperio sortirentur. De finibus autem proconsularibus, quae nancissi potui, ea breuiter subiiciam. Potestatem suam procōsul, nisi in ea prouincia quam est sortitus, exercere non potest, quamvis voluntariam [vt aiunt] iusrisdictionem, eam esse autoritatem, manumit tere seruos suos apud se volentes, aut se adoptādos dari passim p̄stare. Contētiosam vero iusrisdictionem, præterquam in prouincia tractare non potest, ne quicquam in prouincia negociorum exorir etur, quin ad procōsulis administrati onem pertinere soleat. Sin autem fiscalis causa inciderit, melius faciet ad procuratōrē Cæsaris & alias deferre. Si vxorem secum in prouinciam duxe eaque rit quod nō fecisse decētius putabitur, & ea quæ & Xes deliquerit, in eā ipsam animaduertet. & Obso nis le

FENESTELLA

i erit, niis dono missis vt prorsus abstinere nō debet,
sic in sic in accipiendis modū seruare: valde enim in-
d. quo humanū est à nemine accipere, paſtim vero vi-
egitur, lissimum, & penitus auaritissimū. Ab aliis vero
le hæc rebus dono missis omnino abstinere proconsul
t trans lem oportet. Item ad emptionibus omniū rerū,
pta. præterquam victus quotidiani caufa. Lites vero
āquā & quæ ſerioſa excuſione, animaduertioneque indi-
corru- gent, ſummatim pertractare ac diſinire nō de-
proxe- bet. Quæ cognitionem exactionem nō deside-
ſ exenſ rant, ut obſequium à liberis & patrimonii ex-
ſim vul hibetur, à liberis ſummatim animaduersa pro-
ſ iurecō nunciare poterit. Parum autem obſequentes pa-
torū leztronis ſuis libertos, cum verbis paulo atrocioris-
t. bus exterreat, tum etiam fuitiū castigatione
coerceat, abſque iudicio ſapiētiſ, ac fori ſtreptuſ.
Non habentibus autem aduocatum ob ino-
piam, ſeu aduersarii potentiam, vltro exibeat,
ac deniq; vniuersa expediat, quæ mero Evt aiunt
erū im- imperio affiſgnari ſolent. Id enim ſignificat gla-
rium. dii potestatē in facinorofos, ſeruofq; animad-
uerſendi. Sed quoniam negociorum prouincia-
lium multitudinem per ſeipſum obire procon-
ſulem difficile eſt, legatum proconsules habere
ſolent, de cuius officio pauca videnda ſunt.

D E L E G A T I S P R O C O N S V

lum CAP. XII.

Solent proconsules ob rerum gerendarum
multi tudinē, in prouincia legatos ſtatue-
re, qui non propria, ſed mandata iurisdi-

DE MAGISTRATIB. R. O. 27

ctione vtuntur: quos prius etiam quam in pro-
uincia peruerent, sibi subsistuere non possunt.
Si quid autem legato occurrat, cuius rei graui-
tas exactionem diligentiam exigat, ad procon-
sulem remittere legatus debet. Nec enim ani- In pan.
maduertendi, coercendi, seu atrociter verberare gitur, leg
di legato licentia est. Iudices tamen litigatisbus ius h
tutores etiam pupillis dare potest: custodiarumque, bet.
qua per prouinciam dispositae sunt in stationis
bus, proconsul legatum cognitionem commis-
sare, nec prius quam est prouincia proconsul dis-
cedat, legatum dimittere consuevit. Et si diem
suum obierit in prouincia, procosul ita demum
sibi mādata negotia exiget, ac si res integra non
inueniatur. Si vero abesse à prouincia procon-
sulem fortasse contigerit, caussas etiam quæ a
nimaduersionem exigant, delegabit.

DE AEDILIBVS PLEB-

bis. CAP. X I I .

A Edilitatē plebeiam pro vetustissimo ma-
gistratu habeo: & vtrum aediles ante trib.
pleb. creari cœperint, ambigo, memor
quod exactis regibus ad secessionē plebis in Sa-
cro monte factam, maxima quidem pars popu-
li Romani tanto tempore absque aliquo in re-
publica magistratu, à quo tueretur, extiterit.
Quin apud Livium haud multo post tribunos
plebis creatos pestilenti quodam tempore, cum
& consul alter obisset, alter vero ægram anima-
d iii

FENESTELLA

traheret, apud ædiles plebeios, & consularem, & tribunitiam potestatē, & tandem totius rei publicæ summam recidisse constat. Non quod illos tunc primum creari cœptos appareat, sed quod lōge antea creatos esse potuisse facile sit. Crescentibus autem plebeis opibus, ita ut etiā dictatores ac pontifices de suo quoque corpore præstarent, atque patres multoties à plebe vici, duos ædiles plebeios à patribus creandos peruerterunt. Nam cum ædilibus ludos faciens, solennésque pro ordinibus in concordiam redactis dies in fastis referēdos mandarent, negarentque se id esse facturos ædiles plebis: clamatum esse à iuuenibus patriciis dicitur, se id honoris deorum immortalium causa libenter acturos, ut ædiles fierēt. quibus cum ab vniuersis gratiæ actæ essent, Senatus consultum factū est, ut duos viros ex patribus, qui ediles forent, dictator populum rogaret, patres comitiis authores forent. Duo ergo patricii ædiles creati sunt Cn. Quintius Capitolinus, & P. Cornelius Scipio. Sed duos tandem ædiles creatos a Iulio Cæsare, qui quoniā frumento præstent, Cereales appellati sunt, apud idoneos inuenio authores: & ediles à sacrarū ediū quā gerebant cura, appellatos esse. Curules vero ii qui ex patribus creati sunt, quoniam sella curulis veherentur, cognominati sunt. Plebei vero & curules iam adeo manifesto cognomine sūt, ut interpretatione nō egeant nostra. Ludos instituere quavis causa, quibusve in spectaculis fie

Cereales
ediles.

Curules.

rent, ad, ædilium partes pertinet. Id etiam erat
 haud leue ædilitatis munus, ut sua quisque ædis
 factus impensa ludos pro modo patrimo-
 nii ac dignitatis suæ celebrandos procuraret: cu-
 ius instituti M. Cicero in iis libris quos de of-
 ficiis inscripsit, cum de sua & Magni Pompeii
 ædilitate meminit, locuples testis est. Asconius
 autem Pædianus Pompeium ædilem creatum,
 theatrum, quod sua impensa ædificauerat, ma-
 gnificentissimis ludis, in quibus currus cum ele-
 phantis induxit, dedito ait. Id etiam in ar-
 gumentis comediarum, quibus nomina ædi-
 lium qui ludis præfuerant, adscripta sunt, facit Aediliu-
 m est animaduertere. Locorum autem discretio munera.
 & cuilibet ordini pro dignitate assignatio, ædi-
 lium muneris est. Valerius Maximus scripsit
Attilium Seranum, & L. Scribonium ædiles, se-
 natus ac plebis loca secreuisse. Quod si seruum
 quispiam aut iumentum morbosum aut vitio-
 sum pro integro sanoque vendiderit, edicto æ-
 dilium emptori succurreretur. Quod vero clo-
 ë publicæ, & aquæductus, cæteraque ædifica-
 lauta, munda, integrâque & expedita as-
 seruarentur, ædilium officium est.

Deniq; quicquid rerum vitios-
 sarum pro sincero, fractū
 pro integro usquâ ves-
 nisset, ædilitio ediz-
 esto redhiberi
 solet.

FENESTELLA

DE DECEMVIRIS LEGVM FERENDARUM CAUSSA CREATIS. CAP. X I I I I.

Decemviris summam potestatem in euntibus, magistratus omnes qui rem publicam agebant, exoluere fas erat: quibus creandis hoc in causa fuisse perhibetur. Plebe enim quotidianis seditionibus, tum ob creandos de plebe magistratus, tum ad ferendam legem de soluendo à nexibus fœneratorum, sæpe etiam de connubio ut inire liceret plebi cum patribus non nunquam ob ferendam legem agrariam, diuina simul humanaque omnia miscente, & tandem communes quasdam leges ferri petente, ne quis esset inuidiae locus, leges extraneas accessiri placuit. Missi ergo tres Athenas sunt legati, qui inclytas leges Solonis scriptas ferré: iura etiam, & mores aliarum civitatum noscerent. Ii fuere Sp. Posthumius Albus, A. Manlius, & P. Sulpicius Camerinus. Legati igitur anno tertio postquam recesserant, leges scriptas referunt: pro quibus sanè censendis, promulgādis, centuriatis comitiis [quod, ut sanctiores essent, fieri oportebat] decemviro creant, qui suo arbitratu leges promulgarent. Ii fuere Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, Au. Manlius, P. Sulpicius, P. Curiaius, T. Romulius, Sp. Posthumius. Placuitque ne ab horum potestate esset prouocatio. Penes vero alterum ut fors foret, quoadusque omnem numerum peruaissent, certis diebus lectores

forent. Eodem ergo anno decem tabulas edūt,
potestatem inspiciendi omnibus faciunt, edū-
cunt, agitent secum omnes, & si quid emenda-
ri, suppleri, minui ve opus esse censeant, omniū
sententias æquo animo esse audituros. Postquā Decem
satis emendata esse apparuit, decem tabulis scri-
bus. ptas leges centuriatis comitiis proferunt, ac si-
mul se magistratu abdicant. Cum vero rumor
percrebuisse, duabus aliis tabulis ius populi Ro-
mani plenum ac absolutum fore, iterum habi-
tis comitiis, alii decēuirī subrogati sunt. Tum
Appius, cui comitia habere datum fuerat, sese
contra ius fasque decemuirum creat. Collegæ
fuere M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius,
L. Minutius, Q. Fabius & Vigilanus, Q. Peti-³ alias
lius, T. Antonius Merenda, Ceso Duilius, Sp. bulanus.
Opis Cornicē, M. Robuleius. Operæprecium
est audire, quam ii decemuirī per spem, ac li-
bidinem dominandi, omnem reipublicæ spæ-
ciem Idibus Maiis, quo iniere magistratum,
cum duodenis singuli fascibus forum comple-
uere. Neque enim ad rem pertinere, demi secu-
res, quando absque prouocatione creati esent,
interpretabantur. Decem ergo, regum instar
primo conspectu præbuisse ferunt. Incredibi-
le est enim quantum ea res vrbī terrorem inies-
cerit Neque suus vrbem fefellit timor. Primum
cum abstinere à patribus cœpissent, in humi-
liores crudelitatem, libidinemque exercebat.
Hominum, non causarum tot erat, vt apud eos
gratia potius quam æqua vi iudicia haberent.

FENESTELLA

Domi contrahebant, pronunciabant in foro. Si quis collegam appellasset, ab eo quem appellasset, ita discedebat, ut pœniteret primo decreto non stetisse. Opinio etiam fuit, fœdus clam inter eos iureurando dictum, ne comitia habarent, perpetuoque decemvirus possessum semel obtinerent imperium. Hac conditione iam maior anni pars processerat, & duæ tabulæ ad decem adiectæ fuerant, nec quicquam aliud susperat, nisi ut centuriatis comitiis proferrentur. Hoc peracto cum laberetur annus, nullaq; comitiorum mentio haberetur, & quamuis anni factos exactione priuatos plebs obstreperet, ac libertate penitus admissam cōquereretur, eo illi nihilo communiore facta, hac petulatia absutabantur. Sed hos urbanos strepitus nunciam bellum à Sabinis Equis ve impendere, pauculum intercipit. Habito enim delectu decemviri, armato exercitu, in bellum prodeut. Dum bellum vario euētu geritur, App. Claudius decemvir, qui gerendis rebus urbanis remanserat, plebeiae virginis, cuius amore deflagrabat, p. Clau stuprandæ consilium capit. Pater eius L. Virilibius ginius, qui tum honestum ordinem in castris exempli ducebat, Icilio cuidam tribunitio viro puellam desponderat. Hanc virginem forma egregiam cum Appius prece & precio tentasset pellicere parumque sibi succedere cuncta cerneret, animum ad crudelitatem superbiamque conuerstit. M. Claudio clieti negotium dat, vt coram se pro tribunali sedente puellam in seruitutem

afferat: omnes cæteros qui in libertatem afferat
reiectum promittit. Opportunitatē ergo na-
tus M. Claudius libidinis minister, transeun-
ti per forum puellæ sceleratas manus iniicit,
seruam suam, seruāque natam appellant, ac se-
qui se puellam iubet: cunctantem vi abstractus
rus esse videbatur. Cum ad clamorem ereptæ,
nutricisque fidem Quiritum implorantis, mul-
titudinis concursus factus esset, iamque vi tu-
ta esse videretur, tum Claudius nihil opus es-
se tumultu ait: se iure grassari: si non crederet,
ad tribunal sequerentur. Cum ad tribunal ven-
tum est, prætor apud argumenti authorem a-
git, puellam domi suæ natam, furtó que subtrah-
etam, in domo Virginii pro filia esse suppositā.
Interim dominum ancillam sequi, quod ita
æquitas dictaret, interloquitur. Composue-
rat ita se facturum App. Claudius, ne sine cau-
sæ cognitione pronunciare in seruitutem vide-
retur. Tunc aduocatis puellæ intercedentibus,
patrem reipublicæ causa abesse, iniquum de lis-
beris absentibus agi, cæteraque huiusmodi alle-
gantibus, Icilius vii, & Numitorius auus super-
ueniunt, Icilium autem, vt erat vir acer, multa
intrepide vociferantem, Appius per lictorem
summoueri iussit. Sed cum ille constatissimo a-
nimō resistere pergeret, ac multitudinis con-
cursus ingens fieret, Appius, ne exertus tumul-
tus nouandi res occasionem faceret, vades de
virgine in posterum diem in iudicium sistenda
dari iussit. Interea patrem accersunt nuncii, ad-

FENESTELLA

uolat in urbem pater: ac prima luce sordidatus,
filiam solita veste, cum aliquod matronis secum
in forum dicit. Vociferat opem ferant, lamenta-
tione & querelis omnia implet. Idem Icilius,
idem puella ac matronæ faciunt. Aduersus hæc
omnia Appius obstinato animo tribunal ascen-
dit, vindicias secundum seruitutē decernit: quod
decretem cum ingentem admirationem incus-
sisset, ac M. Claudius iret ad comprehēdendam
virginem, tunc pater intentans in Appium ma-
nus, Icilio, inquit, non tibi Appi filiā meam de-
spondi. ad nuptias, non ad stuprum educaui. sed
quæso patrio dolori ignoscas, si quid sum in te
inuetus vehemētius. Sinas ergo coram virgin-
ine me nutricem percontari, fallō pater sim, vt
re comperta, æquiore hinc animo discedam. Se-
ductam ergo filiam percontandi prætextu, ras-
pto ē tabernaculo lanii cultro, filiam interemit.
Quid multa? Rei indignitate pariter omnes cō-
moti, in forum concurrunt. Appius autem vt
tumultuari cceptum videt, vt vitæ consuleret,
obuoluto capite effugit. Plebs ergo recuperan-
dæ libertatis occasionem nacta, arreptis armis,
duce Virginio in Auentinum secedit. Nec mi-
nus Icilius in castris militum concitat multitu-
dinem, plebisque urbanæ extemplo decem tri-
bunos militares crēat, ingentique cum exercitu
ad urbem accedunt, alteri se exercitui coniun-
gunt. Hoc peracto, armata plebs secedere sta-
tuit. Eo ergo quicunque per ætatem, valetudin-
emque potuerunt, cum uxoribus, liberisque

peruenire. Iis tantis motibus perculti decemui-
ri, senatum frequentem fieri iubent. Rogant
quid è republica fore censem, edicere. Demum
cum multa vltro citróque in senatu agitata es-
sent, ac plerique senatores intrepide decemui-
ros oratione castigassent, decē Tarquinios ap-
pellantes: decemuiri tandem futuros se in po-
testate patrum affirmarunt, modo sese ab iniuria
tuerentur: ac simul legatos mittere ad res com-
ponendas statuunt. Misli ergo legati M. Oratius & L. Valerius probatissimae æstimationis
viri, de conditione pacis cum plebe agunt. Pe-
tebat autem plebs inter conditiones pacis, ad
supplicium decemuiro: quod legati primum cō
positis orationibus disfusā erunt plebi. Conten-
ta igitur plebs fuit, vt sui sibi tribuni restituerē-
tur, & vt cōsueuerant, rediretur ad cōsules. In-
terim abdicat se magistratu decemuiri. Comitia
consulibus, tribunis que creandis habētur. Hoc
pacto creatis, exactisque decēuiris, ad prioris for-
mam regiminis redditum est.

Decē i
quinii.Decēui
exacti.

DE P R A E F E C T O A N N̄

nonæ.

CAP .XV.

Voniam de potestatibus agitur, ratio etiā
admonet, vt de præfecto annonæ extra
ordinem tunc creari solito non nihil ad-
iiciam. De quo sane magistratu nihil antea re-
peri, quam Appio Claudio, & P. Serulio con-
sulibus, eo quoque anno, quo Tarquinius Su-
perbus apud Aristodemum tyrannum mortuus

FENESTELLA

est. Tum inter consules orta contentio dicitur de dedicatione ædis Mercurii: quæ sane hac cōditione sopita est, quod vter dedicaret Mercurii ædem, is quidem annonæ præfesset. Populus dedicationem dedit M. & Plætorio primis pilo, non tam ob hominis meritum, quam ob ignominiam consulū haud probe in magistratu obuersatorum. Cæterum ut hoc apud Liuium non mihi planum vsquequaq; apparet, credo errore scribentium, ita de L. Minutio præfesso annonæ, haud multo tempore post, vsquequaque manifestum est. Huius magistratus difficiili tempore, & charitate annonæ, usus potissimum atq; opera exigebatur. Frumentum vndique coemendum, & si quis vltra proprios usus possideret, in medium ponendum curabat, aduehi vndique, & aduectum iusto precio venire nitebatur. Cuius ope magistratus egregia Populo Romano penuria laboranti saepe opera nauata est. Eam potestatem de qua agimus, cum Magnus ille Pompeius ageret, atque è Sicilia cum magna vi frumenti soluere pergeret, ac gubernatores classis non se committendos maxime sequenti pelago dicerent, illam saluberrimam reipublicæ vocem edidisse dicitur. Nauigare enim, inquit, necesse esse, viuere necesse non esse. Tantus præterea annonæ hujus causa fauor, auctoritasque accessit, vt quæ alio alioqui personæ ad accusationē minus idoneæ essent, hac tamen in caussa admitterentur: huiusmodi sunt mulieres infames, & quæ sunt eius generis, quo

alias
ectorio
uii locus
.iii.

speii cor
tissimū
tum.

nos etiam utimur. Sed de præfecto annonæ sat
is dictum est.

D E T R I B U N I S M I L I T U M , E T
consulari potestate. C A P . X V I .

Crebris quidem secessionibus plebis à pa-
tribus, quibus cōsules de suo quoque cor-
pore creari peteret, externis etiam bellis
ingruentibus, plebeque ipsa delectum patinegā-
te, coacti tandem patres iunt, vt aut ciuibus aut
hostibus de victoria concederēt. Ab eorum sens-
tentiis, qui tribunos plebis cāde violandos pu-
tarent, quos fœdere cum plebe isto, sacrosāctos
haberēt, primores patrum abhorrebāt per hæc
confilia eo res deducta est, vt rogatione Camili
tribunos militum, qui pro cōsulibus essent,
tam ex plebe, quam ex patribus promiscue crea-
ti patres sinerent, de cōsulibus nihil immutaz-
retur. Tres ergo tribuni consulari potestare qui
militares appellarentur, creati sunt, iisque cōlitiz-
tuti sunt vario numero. Interdum enim viginti
fuerūt, interdum plures, nonnunquā pauciores
sed de superioribus tantum tribus hi fuerunt,
Au. Sempronius, Atracinus, L. Attilius, & T.
Cecilius, patricii omnes. Plebs enim eo dunta-
xat contenta fuit, quod eius ratio habita eslevi-
deretur. Tunc igitur primo à cōsulibus ad tri-
bunos militares consulari potestate vētum est,
M. Genutio, & P. Curiatio cōsulatu abeunti-
bus. Penes quem sane magistratum vt ipsum
no men indicat] eadem quæ apud consules, pos-

Apud Li-
uium vnd
hæc de su
pta sunt, l
ge T. Ce
cilium.

FENESTELLA

testas erat collata, nominibus tantum immutatis, ac plebis ratione habita.

DE CENSORIBVS. cap. XVII.

CVM ob multa & varia bella, ciuilésq; seditiones, Romae pluribus annis populus incensus mansisset, neque esset luitrum alicuius de more conditū, neque diffiniri census posset, neve consulibus cum multum bellorum immineret, id negotii operæ preciū esset: métio inita est à senatu, ré videlicet operosam, & misericordiam consularē proprio magistratu indigere, cui scribarum ministeriū, custodiāque, & tabularum cura, arbitriū, formulāque cēfendā subiicerentur. Tum duo censores creati sunt, Papirius, & Sempronius, censuīque habendo præfecti, ab eāque re censores appellati, M. Geganio Macerino, & T. Quintio Capitolino consulibus. Institutūque ut quinquénio is magistratus perduraret: qnod tandem tempus ob cēforum insolētiā immutatum est, ad annūq; redactū A. Mamertio Aemilio dictatore, Iulio Virgilio, M. Appio consulibus. Mirum quippe dictū est, quanto censuræ initium paruare ortum, incremento adiectum extiterit. Eo quippe peruenit, vt morū, disciplināque Ro. senatus, equitūmq; regimen, decoris dedecorisq; discrimē sub eius ditione magistratus, priuatorum ius, publicoz rūmque locorum vestigalia populi Romani resposita essent in senatum allegere, Senatus principem describere, cēsum agere, lustrum conde-

re, equos adimere. Quos autem putassent pa-
rum dignos, senatu amouere, fecisse fertur C.
Fabricius, qui censor, P. Cornelium Ruffinū
patricium virum senatu amo'nit, quod decem
pondō argenti facti pro conuiuio apposuisse.
M. autem Cato censor, C. Flaminii fratrem se-
natū eiecit, quod exoratus à scorto, ut aliquē ex
iis qui in vinculis erant, [obtinebat enim pro-
consulari imperio Galliā] securi percuteret, ob-
temperauit. Quid dicā, quām leuissimis de cau-
sis censoriam iniurere notam consueuerunt? Ni-
mis corpulentis militibus, vnguentōq; nitidis
equis ademptis, ignominiaq; notatis exercitu
dimisere. Equiti Romano nimiū compto, splen-
didoque, equum strigosum, & vix hærétem pel-
lem ossibus habenti, cum obequiantes urbem
censores venissent obuiam, percontantibus, ut
quid ipse tam ruber & comptus, equus tam ma-
tilentus, & squallore obsitus esset: Hic eques
Rom. quoniam, inquit, ipse me curo, equum ve-
ro Statius meus seruus. Visum est id parum re-
uerens respōsum, atque ob id ignominia à cen-
soribus notatus est. Ciuem Rom. qui altius osci-
tauisset in auditorio censorum, ignominiae no-
ta affecerunt. Sed cum id rescissent, non incon-
tinentio, sed valetudine factum esse, illico resti-
tuere. Cum celebrationi quorundam sponsalior-
um interessent, virūmque num vxorem ex an-
nimi sui sententia haberet, de more interrogas-
sent, illēq; ex parentibus, non autem ex animi
sui sententia se habere respōderet, euestigio la-

FENESTELLA

be ignominiae conuulsus est. Magnopere enim ab eorum maiestate alienū esse rati sunt, quod in conspectu censoriae seueritatis, leuiculus homo adeo ridiculose fuisset cachinnatus. Multa in hoc genere dici possent, sed omittenda sunt. Illud autem non est prætermittendum, quod altero ex censoribus morte subducto, alterum in demortui locum suffici, religio fuit. Itaque reliquum abdicare se magistratu, ut duo de integro censores crearentur, institutum est. Id enim huic obseruationi causam dedit, quod eo anno quo Galli Romanam ceperunt, altero ex censoribus mortuo, alter quidem in demortui locum fuerit substitutus. Omen ergo visum est, & pro lege perpetuo, ne id amplius fieret, obseruatum est. Censores vero cum præterquam ex patribus creari, aliquando nefas fuerit: id quoque ut cætera immutatum est, atque indifferenter fieri coepit. Illud etiam censoribus negotium datum est, ne in fœnore modus excederetur.

DE TRIVIRIS COLONIAE

deducendæ. cap. XVIII.

Aricini, atque Ardeates, cum de ambiguo agro sepe bello certassent, multis inuicem cladibus fessi, Populum tadem Ro. ea de re iudicem consituere. Cum ergo trisque ciuiz in iushæc tati legati oratum causam venissent, concilio dicit sub populi a magistratibus dato, magna contentione i.e. li.iii. actum est. Iamq; editis testibus, cum tribus vo-

cari, & populum inire suffragium oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. Et si licet, inquit, consules de republica dicere, errare ego populum in hac causa non patiar. Sed cum quasi vanum & delirum reicerent consules, audiendumque prorsus negarent, pergentem vociferare publicam causam prodi, per lictorē submoueri iussuerunt. Hic ille tribunos appellat. ad eos admissus, tertium & nonagesimum se annum agere inquit: eum agrum de quo duo populi ambigant, tenere memoria fixum, neutrius populi, sed Coriolanorum fuisse, atque eo se tempore militasse. captis Coriolanis, is ager iure bellici Populi Romani factus esset: proinde se magnopere suadere populi inutili pudore causam suam damnaret. Mouit nō tam hominis auctoritas, quam cōmoditas ususque agri, tantumque tribunitia potestas valuit ei, ut cum hac de re latum esset ad populum, lex de agro Pop. R.O. ad iudicando promulgaretur. Id tamen factum maxime de honestauit maiestatem Popu. Rom. multumque apud finitimas ciuitates infamiae dede corisque contraxit. Quamobrem cum id ægre ferre patres, ac non multo post iudicium de Ardeatibus egregie pro auxilio illis aduersus Volscos allato meriti essent, cum tantam infamem iudicii notam prorsus ex animis delere cuperent, senatus consultum fecerunt, quoniam ciuitas Ardeatum intestino tumultu ad paucos redacta videretur, coloni eo praesidii causa aduersus Volscos scriberentur. Id cum latum ad

FENESTELLA

populum esset, placuisseque multo plures Rutulos quam Romanos colonos ascribēdos, priusquam is ager qui infami iudicio interceptus erat quā alterius agrī gleba assignaretur ut alicui quā omnibus Rutulis eo tādem pactō Ardeates resuersus est. Triumuiros igitur deducendae coloniae creant, Agrippam Menenium, T. Civilizum Succulum, & M. Ebutium Heluam. nec ab nuerim hunc magistratū alias à maioribus Romanorum creari potuisse. Cæterū ab insigniori ratione, & ingenti Pop. Ro. potestate exordiri non piguit. Pertinebat vero ad huius magistratus officiū, vt & agros nouis colonis diuideret, vrbes designaret, ædificare volētibus areas partirentur, commodis regionibus ciuitatē distinxeret, legibus magistratibus sisteret, & ad speciem optimi tabernaculi rempub. effingerent.

D E P R A E T O R I B V S . C A P . X I X .

CVm crebris ac diuturnis certaminibus visitandē à plebe patres, ex consulibus alterum ex plebe creandum cōcessissent, id sibi voluntate plebis pro aperto ad cōsulatum aditu arrogauere, vt vnicus magistratus crearetur ex patribus, isque à præstendo prætor appellaretur: qui tandem eo quod inter vrbanos ius diceret, vrbanus appellatus est, Penes huncvero magistratum adeo omnis publici prizatiique iuris potestas fuit, vt nouum ius condere, & vetera abrogare, facultas esset. Tantū vero postmodum aucta est prætoris authoritas, vt

quod prætor ipse dixisset, ob ipsius honorem ius honorarium vocaretur. Prætori regia insignia, Ius honorariorum ferme appellatus, lictores vero non ratiū amplius sex, sella curulis, & trabea, cæteraque huiusmodi tradita sunt. Ac quamvis sex numero licetoribus uti concessum prætoribus esset, Paulo quidem Aemylio prætori in Iberiam contendit ut ait Plutarchus] duodecim adhibitos licetores comperi. Equis albis, trabea candida vtebatur prætor. Nuei ad frena Quirites humini strabant, ut ait Iuuenalis. Demum cum vndeque peregrinorum multitudo in urbem confluueret, neque unus prætor turbæ causarum sufficere posset, alter prætor creatus est: qui quoniam inter peregrinos cognoscebat, peregrinus appellatus est. Crescente vero imperio, tantum postmodum Peregrinatus amplificatus est numerus, ut x v i i i . prætores nus præ aliquando in urbe ius diceret. Et quia magistratus vespertinis temporibus in publico esse, incoueniens erat, quinqueuiri constituti sunt citra Tyberim, & ultra Tyberim, qui possent pro magistratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensis prouincia, totidem prætores quot prouinciae in ditionem venerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus praesent. Deinde Cornelius Sylla questiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, ac prætores quatuor adiecit. Caius Iulius Caesar duos prætores, & duos aediles, qui frumento praesent, & à Cerere Cereales consti-

FENESTELLA

cui. Ita duodecim prætores, sex ædiles sunt creas-
ti. Deinde diuus Augustus sexdecim prætores
constituit. Post diuus Claudio duos adiecit præ-
tores, qui de fideicommissis ius dicerent, ex quibus
vnum diuus Tyberius destraxit, & adiecit
vnum diuus Nerua, qui inter fiscum & priua-
tos ius diceret. Ita decem & octo prætores in ci-
uitate ius dicunt. Et hæc omnia quoties Romæ
sunt magistratus, obseruantur quoties autē profi-
ciscuntur, vñus relinquitur, qui ius dicat, isque
vocatur præfetus urbis, qui præfetus olim co-
stituebatur. Postea vero aliis Latinarum feria-
rum introductus est, qui quotannis vacantibus
cæteris magistratibus creari instituerit. Quibus
omnibus cum plurimi ingruentium bellorum
visus exegissent, eorundem administrationes
mandari consueuerent, excepto præfecto urbi in
ciuitate remanente.

DE QVINO VEVIRIS MENSE
fariis. cap. xx.

CVM improbitate fœneratorū, plebs Ro-
mæ magnitudine æris alieni pene obruta es-
se videretur, eique difficultati principes
plebis succurendum sæpenumero tetassent, in-
clinaris tandem ad concordiam omnium animis,
qui tum consules erât, fœnebre queq; rē, quod
destinari in animis hominum videbatur leuare
aggressi, solutionem æris alieni in publicam cu-
ram verterunt. Quinque ergo viri creati sunt,
quos à dispensatione pecuniae mensarios appelle-
larunt, quod insigni æquitate, diligentiâq; meriti

DE MAGISTRATIB. R.O. 36

sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. hi ergo fuerūt C. Duellius P. Dicimus, M. Papirius, Q. Fōpilius T. Aemilius, qui rem porro difficillimam trahentes, plerūque parti vtrique semper grauem, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam iactura sustinuerunt. Tarde enim omnia, & impeditiora, quod facultatibus ad exercitium missis suppetarent, ære in foro positio dissoluerunt: ut non modo sine iniuria, sed etiam sine querimonia partis vtriusque, exhausta vis ingens aeris alieni sit.

DE TRIV M VIRIS REIPUBLICÆ cæ constituendæ. CAP.XXI.

SI triumuiratus reipublicæ constituendæ originem quæris, ante ipsum quem Cesar Augustus cum Antonio & M. Lepido geslit, alter nullus apud Romanos prodidisse memoratur. Ego autēde eo ipso nusquam præterea offendisse memini: vtrum potestatibus annumeradū censuerim, haud satis scio: quippe quod eas potestates, quas iniussi, præterque senatus authoritatem quisque nō dicam sortitus fuerit, sed per libidinē dominandi arripuerit, tyrānides potius, quam potestates seu magistratus appellados duxerim. Vt cunque se res habeat, illud facile animaduerti potest Iulio Cæsare in senatu ab iis qui cum Bruto & Cassio erant, occiso, mox Antonium, cum studia omnia ad componendā rem publicam cotulisse videretur, principem ciuitatis tyranni

FENESTELLA

tis euafisse. Confestim vero dominandi libidinē
ne electum Ciceronē, Brutum, cæterosque qui
factioni eius aduersabantur, vrbe excedere coe-
gisse. Octauiano autem, qui testamento Cæsa-
ris hæres scriptus fuerat, ex Asia reuerso, Cicero
ac cæteri qui eius factione obtrectabantur, ad
Octauiani potentiam confugerunt: ex quo fas-
tum est, ut Antonius vrbe migrare adactus,
hostis à senatu iudicaretur: ad quem opprimen-
dum Hircius & Pansa consules misi, Augu-
stusque cum fascibus Antonium apud Mutinam
adepti fuderunt, fugauerūtque. Desperatis ergo
rebus, Antonius supplex ad M. Lepidum con-
fugit, cuius potentia fretus, Octauianum qui æ-
que animum ad dominationem intenderat, ad
fœdus societatemque pellexit, illam videlicet so-
cietatem, qua homicidia homicidiis in permis-
tationem venisse dicuntur. Inter quos ad cedē
destinatos, Cæsar Ciceronem pro L. Cæfare æ-
uunculo M. Antonii, eidem concessit. Igitur ty-
rannidē prætextu pio magistratus palliare per-
gentes, sese triumuiros reipublicæ constituē-
dæ appllauere, quorum nutu & auspiciis omnis
respublica niteretur. Cæterum eorum animos
quorūm inclinarent, mox ipse euentus rerum
ostendit, omnes diuinās humanasque res com-
mīscens. Omnibus enim intra se opibus con-
sumptis, ad extreūmū vnu Cæsar potius est:
qui & ipse omnibus cæteris superest, ipsum de
quo loquor, triumuiratum annos circiter. x. vt
Suetonius Tranquillus refert, obtinuit.

DE PRAEFECTO PRAETORIO.

caput. xxii.

Vales apud reges tribuni Celerū equis Trāscritum, sive apud dictatores magistri equis ex partum, tales demum fuere præfecti præto offi. proprio apud Cæsares. Nam cum secundas post Cæ præt. sarem partes gestarent, præcessentque disciplinæ publicæ emendandæ, adeo à paruis orta principiis creuit authoritas, vt cum aliquo tempore à præfectis prætoriis provocare liceret, extatent que exempla maiorum, quo pasto ab iis prouocassent, lecta postmodum principis sententia, à præfecto prætorio prouocatio sublata est. Crescavit enim princeps eos qui ob singularem industriam, fide illorum atque integritate explorata, ad huius potestatis amplitudinem adhiberentur, non aliter pro sapientia, ac splendore dignitatis suæ, quam eundem fore iudicatueros. Alio etiam priuilegio huiusmodi potestas subnixa est, ne ab eorum sententiis minores ætas te, vt ab aliorum magistratum, restitui possent.

DE QVIBVS DAM MINORIBVS MAGISTRATUM SPECIEBUS.

cap. xxiii.

Aliteram magistratus speciem in vrbe Roma ius aliquando dixisse reperi. Nam cū bellorum munera, cæteris magistratibus non sufficientibus, ad prætorem deferrentur, quorum munus administratio iuris præcipuum

FENESTELLAM 30

suit, creati decemuiri sunt qui ius in vrbe dis-
cerent, prætorumque partes eo tempore geres-
rent, litium iudicandarum appellati. Eo tem-
pore quatuor viri creati dicuntur, qui viarum cu-
ram agerent. Ac tres monetales autem argétiique
es viri, flatores, quorum esset diligentia, numismata
auto argentoque fabricari.

D E P R A E F E C T O V R B I S E T
vigiLum. C A P . X X I I I .

Ius Augustus salutem publicam nullius
alterius quam suae diligetiæ cognitio exi-
stans, coercitorum incendiorum causa
sa septem cohortes opportunis urbis locis dispo-
suit, ita ut binas urbis regiones unaquaque co-
hers præsidio tutaretur, tribunis, & super om-
nes clarissimo viro præfectum vigilum præpositis.
Et licet apud veteres Rom. triumuiris nocturnis
ædilibus, tribunisque id negocii quædoque esset
affig natum, pluribus eodēdie ex ortis incendiis
quibus accurrere, satisque facere non posse eos
appareret creare præfectum vigilum August. Cæ-
sar in animum induxit. De incensoribus ergo,
effractoribus, furibus, raptoribus, apud præfes-
tum vigilum cognitio est: nisi si quæ tam atrox,
tam famosa persona sit, ut ad præfectū vrbis re-
mittenda videatur. Et quoniam incendia plen-
rumque culpa exoriuntur inhabitatum, aut fusi-
bus castigat eos qui negligenter igne habue-
runt, aut severa obiurgatione cōminatur, fusiū
castigationem remittit. Cum effracture in hor-

reis ut plerunque sit insulisque, ubi preciosarū rerum suarum partes, patres familiarū sectant, apparuerint, siquādo celā vel armarium effringatur, effractorum sēpe, nonnunquam etiam custodum quæstiones apud hunc magistratum exercētur. Et ita diuīs Augustus Eritio clas**et** An to præfecto rescripsit. Ait enim, effractis horū nūnusa reis de ea re ad illum ipsum pertinere. Sciēdū autem præfectum vigilium ad plurimam noctē vigilare oportere, coerrareq; calceatum cum ar mis & dolabris: curamque omnes inquilinos a gere admonendi, ne per colonorum negligētiā, incendiorū casus exorientur. Quin etiam inquelinus ut quisque aquā in cœnaculo habeat, qua igneo terrore ingruente, præsto occurrere posse censeatur. Aduersus capsarios autem, qui mercede seruanda in balneis vestimenta suscipiunt, iudex quoq; constitutus est, vt si quid in seruādis vestimētis admissum fuerit, ipse idē de quo loquor, magistratus, quæstionē exercebit.

D E D V V M V I R I S C L A S S I S R E
stituēdū, & quibusdam paruis magis
trantibus. cap. xxv.

Vnum iros classi restituēdū, vt pote D haud magni momenti magistratum, os missurus videbar, nisi quod Liuio placet minime pætereundum visum. Anno enim quo Appius Claudius, is cui postea Cæco cognomentum fuit, censuram gesit, M. Vale

FENESTELLA

rio, & P. Decio consulibus, duo imperia, vt ait
Liuius, dari per populum copta sunt, vtraque
ad temp publicam pertinentia, vnum vt tribuni
militum senideri in quatuor legiones crearen-
tur, quæ ante per quam paucis populi suffragio
relictis, consulum & dictatorum fuerant bene-
ficia. Tulere eam rogationem tribuni plebei L.
Attilius, & C. Martius. Alterum imperium fuit,
vt duumuiros classis ornandæ reficiendæque
causa idem populus iuberet. Tulit hoc plebisciz-
tum M. Decius tribunus plebis. Haud multo
tempore post huiusmodi rogationes triumuiri
nocturni creati sunt, qui ut existimatione des-
ducuntur] difficili bellorum & ciuilium seditionis
num tempore, muris, custodiæque per milites
stationarios mitterentur. Id etiam eorum curæ
iniunctum est, vt nocturnas seditiones à ciui-
bus arcerent, & quies vrbi conseruaretur. Hu-
ius sanè partes magistratus, in officium præfe-
cti vigilum demum traductæ sunt. Enim uero
horum magistratum nomina rem ferme ipsam
cui addicti essent, facile ostendunt. Neque
Liuius ipse rei author, hac in re amplius verbo-
rum facit apud alios vero nulla prorsus mentio
fit.

DE PROCURATORE CAESARIS.
cap. XXVI.

Vltimum est, vt de procuratore Cæsa-
ris [is enim est inter Cæsarem & Ro-
manum populum constitutus iudex] pau-

ea videamus. Quanquam principalem celsitudinem à qua legum, senatusconsultorum, magistratumque omnium origo manat, moribus introductum sit, legum imperio, cui præest, non esse suppositam. Cæterum quoniam maiorem se, à quo ius inter priuatum ac rem publicam discernatur, impossibile inuentu sit ipsumque principem in propria causa iudicare haud sane equum esse videatur, magistratum creari placuit, cui inter se, priuatásque personas, cōpetens quidē esset iuridictio, qui sane est appellatus procurator Cæsaris. Huic magistrati principalis totius rei licentia commissa est: ita ut quicquid ab eo negotiorum imperialium gestum est, perinde habeatur ratum, ac si ab ipso Cæsare fuerit tractatum. Sed si rem eius quasi propriam procurator tradat, non putant dominium transferre. Tunc vero transfert, cum negocium gerent Cæsaris, ipsius consensu tradit. Denique si donationis, venditionis, transactionis causa quid agat, nihil agitur. Non enim alienare rem Cæsaris, sed diligenter negotia Cæsaris obire, procuratori Cæsaris iniunctum est. Id vero in primis procuratori huic de quo agimus, adscriptū est, quod seruum Cæsaris hæredem institutum, adire hæreditatem iubet, & ea hæreditas imperatori acquiritur. Quin si Cæsar ipse hæres insti tuatur, si se procurator opulentæ hæreditati misceat, hæredem Cæsarem facit. Quod si ea bona ex quibus princeps institutus est, soluendo non sunt, consulendum erit imperatori ne quid

perinde detrimenti patiatur. Hæreditis enim ins-
tituti in adeundis repudiandisve hæreditatis
bus, congruo tempore explorari voluntas des-
buit. Deportandi huic magistratui facultas per-
missa non est. Sed de procuratore Cæsa-
ris, cæterisq; omnibus Romanis
potestatibus, quæ à principio
urbis conditæ usque
ad Augusti
Cæsaris
tempora fæz
et æ tractatæque
sunt, satis ad plenum di-
ximus. Præsidis nomen genera-
le est, eo quod & proconsul-
tules, & legati Cæsa-
ris, & omnes
provinci-
cias
regentes, licet
senatores sint, præ-
sides appellantur.

STUDIOSO LECTORI.

DVm hæc exscriberemus, cum alia ad mānum erant exemplaria, tum illud etiam quod à Ioan. Camerte viro doctissimo concordantiis ut vocant historiarum ornatū est. Eas, quod laborem studiosorum apprime lezare viderentur, adscribēdas hic curauimus, certi fore, vt & candidus quisque lector operam nostram boni consuleret, & Camertem debita per nos fraudatum esse gratia nemo cauillaretur. Bene vale.

In caput. 1. de sacerd. Roma.

Sumpta omnia ex secundo Faſto. Ouidii, ibi, Tertia post. Iuſtinus lib. 43. Liuius lib. 1. Plutar chus proble. 67. Vale. Max. tit. primo. 2. ca. 18. Plura Tortel. in dictione lycaeum.

In caput. 2.

Diony. Halicar. lib. 1. Virgil. lib. 8. Aeneidos versu. 201. Ouid. 1. Faſto. ibi. Ecce boues. Iuſti. lib. 43. Diodo. Siculus lib. 5. Liuius lib. 1. Vale. Maxi. in. 1. cap. 2. Plinius Iunior cap. 34. Varro lib. 1. de lingua Latina.

In caput. 3.

Ex Aulo Gel. ca. 7. 6. Macrobius. 1. Satur. Plutarc. proble. 33. Laetan. ca. 20. primi. Varro lib. 1. de lingua latina. Pli. ca. 2. 18. histo. natu. Eius festa quæ storalia dicuntur. 6. Nonas Maii celebrantur, vt. 5. Faſt. scribit Ouid.

In caput. 4.

Ex Cice. 1. de diui. Diony. lib. 2. Liui. libr. 1.

FENESTELLA

Ouid.cir.fi.4.Fast.Huc faciūt quæscribit Stat.
3.Theb.ibi.Difficiles populi.Plutar.problema
71.72.77.93.99.Vale.Max.in princip.secūdi

In caput.v.

Sumpta ex Gellio omnia ca. 15.lib. 10. Plut.
proble.42.&.48.Diony.lib.z.Liuio li.1.Plut
ra de his Var.lib.primo de lingua latina.

In caput.vi.

Diony.li.z.Gell.cap.12.primi.Plura Ouid.
6.Fast.ibi,Vesta faue.Lucretius.z.de rerū na
tura,versu.603.Quare magna &c.Augu.c.19.
4.ciui.Seruius.11.Aenei.ibi,Finitimos.&c.do
cet vbi viuæ sepeliebātur.Plutar.proble.96.po
nit huius consuetudinis causam.

In caput.vii.

Sumpta ex.z.Diony.& primo Liuii.Seruios.
8.Aenid.Oui.3.Fastorum ibi , Quis nisi. lege
Acronem.36.&.37.primi Carmi . Plura Plus
tarchus in vita Numæ. Vale.titolo primo pri
mi.cap.z.

In caput.viii.

Vltra ea quæ scribit Liuius in primo, & Dio
ny.in secundo .lege apud Plutar.in vita Numæ.

In caput.ix.

Ex Plut.proble.6z.Gell.cap.4.16 . Diony.
lib.z.Serui.ix.Aeneid.ibi Principium . Liuius
fere ad verbum scribit hæc omnia.

In caput.x.

Hæc & plura scribit Liuius libro primo . Ser
uius circa principium noni Aeneid . scribit pas
trem patratū fuisse principem foecialium . lege

Gellium ca. 4.lib. 16. Plutar. proble. 62.

In caput. 11.

Ex Liuio in princ. secudi. Plura Dio. in prin. 5.

In caput. 12.

Sumpta ex Liuio. lib. 9. 3. Decadis. Silius in
princi. 17. Plura Ouid. 4. Fast. multa ad hoc fa-
cientia scripsi in annotationibus Solini, ca. 7.
De causa sacerdotii Spado. lege Nasonem. 4.
Fasto. ibi, Phryx puer. Aug. capi. 2. 5. 7. cui. dei
Plura notaui in conimen. Claudiani. 2. in Eus-
trop. ibi, Labentem patriam.

In caput. 13.

Dumuiti sacrorum à Tarquinio Superbo
creati sunt, ut lib. 4. docet Diony. Gel. autem
cap. 19. primi ait, Ad libros. 3. Sibyllinos, quasi
ad oraculum quindecimuiri adeunt, cum dii im-
mortales publice consulendi sunt. de dedicatio-
ne ædis Cast. à Posthu. lege quæ scribunt Ant.
& Marsus in st. 1. Fasto.

In caput. 14.

Cice. 3. de oratore dicit tres viros Epulones à
veteribus pontificibus institutos propter sacri-
ficiorum multitudinem. de horum epulis scri-
bit Val. in prin. 2. & Augu. 3. de Ciui. vide sint
ne vera quæ Syponentius de his asseruit.

In caput primum de Magistribus.

Ex Diony. lib. 2. Liuio. li. 1. De senatoribus
extat titu. 9. primi Digestorum. Plura Plutar. in
vita Romuli.

In caput. 2.

Diony. lib. 2. Liuius lib. 1. Plutar. invita Ros-
f i

muli. Quidem existimant Luceres à Lucumone deo denominatos. Festus autē Pompe. à Luceo Ardeae rege, quòd auxilio fuit Romulo aduersus Tatium bellanti.

In caput.iii.

Quare autē creati fuerint, docet Pomp.ti.ii.

i. Digeit. ponit autē quæstorū genera duo. primum , eorū qui pecuniæ: secundū eorū qui capita libus rebus præfessent. eorū officiū narrat Vlpi. tit. xiii. i. Digest. lege Var. i. de lingua Latina.

In caput.iv.

Ex Dion.lib.ii. & Liu.li.i. Plut.in vita Numæ.

In caput.v.

Liuius lib.i. Diony. autem lib.iii. dicit cognitione sororidæ permisam populo . Pomp.tit. ii. primi Digest. Cōstituti sunt, inquit, & triumviri capitales , qui carceris custodian haberent, vt cum animaduerti oporteret , interuentu eos rum fieret. Varro etiam meminit primo de lingua Latina.

In caput.vi.

Quæ scribuntur hoc titulo, habentur fere omnia ab Vlpiano tit.xii. primi Digest. Gellius cap.vlti.lib.xviii.

In caput.vii.

Sumpta ex fine primi Liuii, ex. iiiii, Diony. Pomp.tit.ii. primi Digest. De off. consulis habetur tit.x. primi Digest. Aug.ca.xvi. tertii Civitatis. Primi cōsules Calēdis Ianu.creati sunt. Inde factum est, vt Ianuarius primus mēsis anni à Rom.haberetur. Plutar. Proble.xviii.

In caput.viii.

Sumpta ex.ii.Liuui fere omnia.plura nota^t
tu digna scribit Diony.circa finem.v. Id autē
anno.ix.post reges exactos factum esse scribūt
Eutro.cap.ii.primi,& Euseb.li. temporum.les-
gem de prouocatione habes à Liu.lib.iii.Pom.
tit.ii.primi Digesto.

In caput. ix.

Sumpta ex.ii.Liuui,&.5.Dion.circa finem..
Eutro.& Euse.vbi supra.De hoc magistratuti.
ii.&.xi.primi Digesto.

In caput.x.

Liuius omnia lib.ii.Diony.versus fine li.vi.
Aug cap.xviii.ii.Ouid.iii.East.ibi,Plebs vetus
Sacer autem mons ideo dictus est[authore Fe-
sto]quoniam Ioui sacer erat.

In caput.xi,

Liuius in princip.iii.Diony.in fine.xi.aliter
sentire videtur.Hæc & plura habentur.i Dige-
storum.tit.xvi.per totum.

In caput.xii.

Hæc & plura de legatis proconsulium haben-
tur tit.xvi.primi Digestorum,per totum.

In caput.xiii.

Ex principio.vii.Liuui.Diony.lib.vi.Gell.
cap.xxi.lib.xvii.Plura congesit Flavius lib.iii.
de Ro.triumph.Pomp.tit.ii.primi Digestorū.
Varro lib.i.de lingua Latina.

In caput.xiv.

Sumpta omnia ex.iii.Liuui.Diony.versus fi.
x.& lib.xi.per totum hanc historiam prosequi

tur Vale.lib.vi.ca.i. Plura notaui circa finem
primi Flori. Id autem factum est anno .ccc. ab
vrbe condita, ut ca.xii.primi docet Eutropius.
Euseb.lib.temporum dicit anno.cccii.

In caput.xv.

Pom.tit.ii.primi Digestorum. Aug.ca.xvii.
iii.ciui. De consulatu App.Clau.& I'.Ser.ac de
morte Tarquinii apud Aristodemum Cumis viz
delicet scribit Liuius inter principium & me-
dium.ii. Item Diony.li.vii.de conteatione co-
sulam ob dedicationem ædis Mercurii, scribit
Valer.Max.cap.iii.lib. ix.

In caput.xvi.

Ex Liuio lib.iii.tit.ii.primi Digestorum. Id
autem factum est anno.cccx. ab viba condita.

In caput.xvii.

Sumpta ex libro quarto Liuii. Pomponius iu-
risconsultus titulo secundo primi Digestorum
lege Aul.Gell.cap.vlti.vii. Césorum leges plu-
rimas ponit Cic.in princip.iii.de legibus. Mu-
ulta Flavius.iii.de Rom.triumph.congerit

In caput.xviii.

Liuius lib.iii.primæ Decadis in fine hæc &
plura scribit

In caput.xix.

Sumpta ex Pomp.iurisconsul.digestis de origine iuris.L.Necessarium Liuius in fine sexti
plura. Flavius lib.ii.de Roma triumph.

In caput.xx.

Habentur hæc omnia ex.vii.T.Liuui. Flavius
lib.v.de Roma triumph.

In caput. xxi.

Suetonius tit. xxvii. secūdi. Plutar. in vita Cicer. Liuius. cxx. lib. Florus ca. vii. quarti de triū viratu, eipub. constituendæ. meminit Var. in lib. quem Isagogicon inscripsit. Vide Gell. cap. vii. xiii. Fuit ergo ante Cæsarē Augustum hic magistratus apud Ro. habitus.

In caput. xxii.

Hæc & plura. i. Digesto. de officio præfecti prætorio, lege Vnica. Verba sunt Aureliani ius risconsulti.

In caput. xxiii.

Lege Aul. Gell. lib. xiii. cap. xiii. &. xv. ff. de origi. iur. I. ii. §. Deinde. &c. habetur hæc omnia.

In caput. xxiv.

Sumpta ex primo Digestorū de officio præfeti vigiliū, per totum.

In caput. xxv.

Plura Flavius lib. iii. de Ro. triumphante.

In caput. xxvi.

Sumpta fere omnia ex titu. xix. primi Digest. ab Ylpiano, Paulo, Callistrato.

F I N I S.

POMPONII LAETI DE
HOMANIS MAGISTATIS
BUS, SACERDOTIIS,
iurisperitis, & legibus, ad
M. Pantagathum li
bellus,
DE REGE.



RIBIS ROMAE, & imperii
Romani conditor Romulus,
Marte genitus fuit. Is postquam
omnium consensu præfuit, le-
gem tulit, ut nemo regnum aut
magistratum iniret, nisi author fieret deus,
ipseque per auspicia confirmari voluit. Vocaz-
bulum à regendo deductum est. Multitudi-
nem omnem Romulus diuisit in partes tres,
quas tribus appellavit, & singularum tribuum
duces tribunos nominauit, & ipsas tribus in
triginta partes diuisit, quas curias dixit, quoniam
earum cura res publica sententiam expediebat,
& inde latæ ab regibus quedam leges curiaz-
tæ denominatae sunt. Curiarum præfectos
curiones dixit, & curionum decuriones. L.
Papyrius, qui fuit tempore Tarquinii Super-
bi, Iatas leges in volumina rededit. Vnde ius
civili Papyriani nomen deducitur. Rex fa-
cifciis, templis, & omni cultui dearum, & le-
gibus, & moribus præerat, magnarū causarum
iudex, minorum vero causarum senatus voluit

esse ipse Romulus iudicem,

DE MAIESTATE REGIS.

Romulus, ut haberetur honor ac venes
ratio regiae maiestati, purpurea vſus est Purpura
veste: duodecim legit, qui succinctis ve
stibus expediti multititudinem virgis coaceret.
Eos à ligandis hominibus, ut C. Valgius memi
nit, lictores appellauit, ut est, lictor colliga maz
nu, duodecim & hi fasces ante regem ferebant
ac totidem secures, quæ signa puniendi erant. Le
git & regii corporis custodes milites. ccc. quos
à promptitudine, id est celeritate, celeres appell
lauit, & eorum ducē tribunum celorum, cuius
erat secūdus post regem locus. Valerius Antias
ait, à primo eorum duce, cui Celer nomen fuit
celeres nominatos. Ii erat equites Romani, qui
postea expugnato Troffulo oppido Tuscorum,
vt Iunius scribit, Troffuli dicti sunt. Sella vſus
est curuli, & locum eminentem in parte fori
disciavit, vbi iura daret.

Lictores
Fasces.
Secures.

Celeres.
Tribunu
celorum.

Troffuli
Sella cu
rul.

DE SENATORIBVS.

Senatores à Romulo electi centum, aut à Patres
nobilitate generis, aut ab ætate, aut à sapientia, trici
tia, vt apud Athenas nomen cepere. Ii Multitu
dem patres, & eorum familia patricia, iidem nis pati
multitudinis patroni, id est, defensores erant. Princi
Hos appellabat peregrini principes in ciuitate.

POMPONII LAETI

rescōs. Qui post hos centum senatui adscripti fuere, patres conscripti appellati sunt. Quod vero ipsi atus constituerent, ratum erat, senatus consultum dixeret, & tunc esse cœpit cum plebes difficulter conueniret. Nam cum à patribus per discordiam secederet, iura sibi constituit, quæ plebis biscita scita vocantur.

DE POTESTATE SENATVS & plebis.

REx ad senatum referebat. Senatus de omnibus cognoscebat, & suffragium ferebat, & quod visum pluribus, fiebat. Populus magistratum creabat, leges sanciebat, & de bello decernebat.

DE INTERREGE.

SPatium temporis à defuncto rege usque ad creationem sequentis, interregnum dicitur: & qui præterat cum regia potestate, & insignibus, interrex erat.

DE DUVVIRIS.

TVllus Hostilius rex duumviris potestatem fecit iudicandi de capite M. Oratii, qui solus ex tergeminis bello Albano remanserat, & reus accersitus, quod extra portam Capenam obuiam sororem interficerat, quæ maritum suum unum ex Curiatiis cæsum lugendo, victoriam & libertatem pop. Rom. ægre ferre videbatur, sed absolutus à populo fuit propter

patris lachrymas. Nam dixerat Tullus, Si pro
uocarit, prouocatio certaret. Et hæc fuit prima
apud populum prouocatio, & hoc primū de re-
bus capitalibus iudicium.

DE PRAEFECTO VRBIS.

Romulus vnum elegit, quem vrbani negotiis praefecit, ut Dionysius ait: hunc praefectum vrbis fuisse satis conitat. Longo post tempore, tantum sibi vrbis praefectura vendicauit Cæsarum temporibus, ut crimina omnium in vrbē cognosceret: & demum cum Cæsares ab vrbē abessent, praefectus velut alter Cæsar imperabat. De rebus omnibus quæ ad vrbē pertinebant, censebat.

DE PRAEFECTO PRAETORIO.

Praefectus prætorio sub Cæsaribus disciplinæ militari præcerat: eius postea auctoritas antea erga forenses causas, vbi imperium declinare coepit, nomen mutauit, magister stabuli. Magister stabuli dictus, cum antea sub regibus tribu Magistrus Celerum fuit, & sub dictatore magister equitum quitum.

DE PRAEFECTO ANNONÆ.

Dicunt quidam annonæ praefecturam habuisse initium quintodecimo anno post exactos reges, Appio Claudio Sabino, & P. Seruilio Prisco consl. sed verius constat anno deeimooctavo T. Geganio, P. Minutio consl. quo tempore annonæ maxima caritas fuit: missi q; in Siciliam fuere P. Valerius, & L. Ge-

POMPONII LAETI

ganius pro aduehēdo frumento. Volūt alii. L.
Minutium fuisse primum annonæ p̄fectum,
sat̄sq; constat, non n̄si ex indigentia frumenti
hunc magistratum creāti.

DE P R A E F E C T O V I G I L V M.

CVm vrbis ædificia s̄æpenumero incendio
flagrarent, diuus Augustus quinque co-
hortes, vt inuigilarent vrbī, disposuit, &
singulæ duas regiones custodiebant. tunc enim
erant regiones quatuordecim. His quinque co-
hortibus præerat p̄fector vigiliū, apud quem
cognitio erat omnium scelerum quæ noctur-
no tempore fieri solent, p̄fertim de incendio
& latrociniō.

DE P R A E F E C T O I N M I L I T I A.

SIngulorum ordinum in militia aliquando
fecti & co-
muni de præfectis alarū & cohortium legi-
sum, hoc scilicet erat volūtate ducis, id est exer-
citus imperatoris, aut regis.

DE P R A E F E C T O L E G I O N I S.

PRæfector legionis absentis legati vicem
tenebat, parebant ei tribuni hastati, pilas-
ni, centuriones & deniq; totus exercitus.
Arma, equi, vettis, disciplina, ius, annona ex ip-
sius cura erāt: puniebat, soluebat. Eligebatur au-
tem iustus, diligens, sobrius, cui necesse erat &
alium titulū habere, ipse etiam comes pri-

mi ordinis, quem primipilum dicunt, qui centū Primip
& sexaginta militibus præst. lus.

DE PRAEFECTO CASTRORVM.

CAstrorum præfecto curæ erat, castrorum
positio, valli, fossæ, tentoria, tabernacula
tormenta bellica, & cætera talia: item æs
gri, & medici. Is eligebat peritissimus, vt az
rios edoceret.

DE PRAEFECTO FABRORVM

Artifices qui sequebantur castra, vt fabri
lignarii, carpentarii, ferrarii &c. qui ad fa
brilia officia deputati erant, præfecto fa
brorum parebant. Is eligebatur idoneus, & qui
sciret bene castris prouidere, & præsertim in ex
pugnatione vrbium subterraneos cuniculos fa
cere, & alia similia.

DE CONSULIBVS.

Vlsis regibus, authore L. Junio Bruto tri
buno celerum, cōsulare imperiū factum
est cum omni regia potestate & insigni
bus. Consules dicti duo à cōsulendo, id est pro
uidēdo. Creati sunt comitiis centuriatis à præ
fecto vrbis, ex commentariis Seruii Tulli, & hi
fuere L. Iunius Brutus, qui tribunus celerū erat,
& L. Tarquinius Collatinus, anno ab urbe con
dita. z44. Inde noui cōsules vrbē lustrarunt, &
primi iurarūt neminē Romæ se passuros regna
re, & idē fecit populus. Apud eos summa totius
imperii erat, hi senatū populūm; per accensos

Consul

Accens
præcon

POMPONII LAETI

& præcones cogebant, hi exercitus ductabant. Ab eorum magistratu numerus annorū signabatur, prouinciae consulibus describebantur: penes quos, vt inquit Pomponius, summū vti ius esset, lege rogatū est: & ne per omnia regiā posttestatem sibi vēdicarent, lege cautū fuit, vt ab eis prouocatio esset, ne ve possent in caput ciuiis Romani anim aduertere iniussu populi. Solum relictum est illis, vt coercere possent, & in vincula publica duci iuberent.

DE DICTATORE ET MAGISTRATE EQUITUM.

Anno duodecimo, vt alii volunt, nono, post exactos reges T. Largio Flauio, T. Clœlio Sicelo confi. vt alii scribunt, T. Largio Flauio, & L. Posthumio Cominio, cū x L. Latinorum vires authore Octavi Manlio coniurassent in Romanos, T. Largio à collega Clœlio, & à Senatu Pop. c; Ro. creatus dictator fuit. Dictatura summus magistratus fuit: habebaturq; in summo periculo vltimū remediū. duæ secures dictatorem præcedebant. Ab eo ad populum prouocatio non erat, & ei capititis aniz maduersio data est. Sex mēsibus durabat. Designabat sibi dictator magistrū equitum, qui primus fuit Sp. Cassius.

Romulus, vt Iunius libro septimo scrizbit, suffragio populi quæstores binos

creauit. alii volūt Numam Pompilium. Sed ve-
rius cōstat de Tullo Hostilio. Quæstores ab in-
quirenda & seruāda publica pecunia dicti sunt. res vnd
Capitalib⁹ rebus præerant, ciues Romanos ca-
pite punire his licebat. prouincias fortiebatur:
primum patricii creati, postea indifferenter pa-
tricii & plebei. & Varro sic ait, Quæstores à quæ-
rendo, qui conquirerent publicas pecunias, &
maleficia, quæ triumuiiri capitales nunc conqui-
runt. & Pedianus ait. Senatoris prima admini-
stratio erat questorem fieri, prouinciæ curam ge-
rere, pecuniæ publicæ in diuersos usus erogan-
dæ Cornelius ait. Repetita lege curiata à Iunio
Bruto post exactos reges, quæstores duo crea-
ti, qui rem militarem comitarentur, Valerius
Potius, & Aemilius Mamercus. Duos deinde
addidit, qui res urbanas curarent. Mox cum sti-
pendiariorum prouinciæ fierent, duplicatus numer-
rus, post vero Syllæ legem creati viginti.

Quæste-
res duo

DE TRIBVNO PLEBIS.

Anno decimo septimo post fugam Tarqui-
niorum, Aulo Virginio, Montano, & T.
Vetusio Geminio consl. plebes nexu, graua-
ta, & s̄apenumero decepta seditionem tecit,
& eandem Sicinio duce in Sacrum montem
secessit, qui distat ab urbe tribus mil. pass. trans
Anienem. Piso author est, in Auētino secessio-
nem plebis factam esse: & cum illic plebes ar-
ma non sumpsisset, Mons facer putatus est, vn-
de nomen monti impositum fuit. Hinc Posthu-
Mossac

POMPONII LAETI

mio Cominio & Sp. Cassio nouis coss. decernētibus, decem legati eliguntur ad plebem, quorum primus fuit Menenius Agrippa qui oratione sua plebem patribus conciliavit. mense Septembri petiuit plebes ex suo corpore magistratū creari. Tribunitia potestas hæc fuit, creati tribubus fuerunt tribuni quinque, L. Brutus, C. Sicius, C. Licinius, P. Licinius, C. Iusilius Ringanus. Quisdam duos scripsere, C. Licinium, & L. Albinū. Hæc fuit reipub. pestis, hinc ciuale nefas ortum habuit, & quemadmodum propter seditionem esse cœpit seditiosus magistratus semper fuit consularē ius imminutum. Consulibus tribuni non parent, cum cæteri magistratus pareant. Sacrosanctos enim voluit suos tribunos vulgus: hi se debat primi ad limē, & acta senatus modo probabant, modo scindebant. Dies vero quo tribuni electi fuere, fuitquarto Idus Decēbris: & in loco vbi castra posuerunt, erecta ara Ioui solvēti metum. Tribuni dicti sunt, vt Pōponius ait, quod tūc in tres partes populus diuisus erat, aut à tribuum suffragio, quæ ut Dionysius ait] tunc quatuor fuere Legimus in historiis Diodori, tribunos quatuor creatos, C. Sicinum, L. Metorū, M. Duelium, Sp. Attilium, Appio Claudio & T. Curtio consil. & post anno vicefimoquinto tres tribuni consulari potestate creati. M. Genuio Agrippa, & Curtio Chilone consil. tribuni fuere M. Sempronius, L. Attilius Longus, T. Quintius & post annos sex totidē tribuni creati sub eadem potestate, Manius Aemylianus,

ibuni
potes-

ibuni
rosacti.

ibuni
de.

i
s

Mamercus Clulius, L. Quintius, post quatuor annos quatuor creati, M. Minius, Q. Sontius, Seruilius Prætextatus, Cornelius consl. Sequenti anno tres, M. Fabius, M. Flauius, Lucius Seruilius, & sequenti anno L. Furius, Sp. Pinarius, & post annos septem, quatuor, C. Furius, T. Quinzius, M. Posthumius, & Cornelius. Hos omnes tribunos consulari potestate fuisse constat.

DE TRIBVNIS MILITVM.

Anno fere septuagesimo post exactos reges, sequenti anno postquam tribunitia potestas cōfulari iuri cessit, oratione Camilli, tres è patriciis creati tribuni militares, consente plebe, omnem consularem autoritatem habuere. Et ii fuere L. Furius, L. Cloelius Corinthius, Au. Sempronius Atracinus. Sequenti anno quatuor, P. Lucretius, C. Seruilius, Mene nius Agrip. Sp. Veturius. tertio anno quatuor, A. Sépronius, M. Papyrius, Q. Fabius, Sp. Nautilus. quarto anno duo, P. Cornelius, C. Fabius. quinto anno quatuor, L. Tube. C. Cornelius, C. Vale. Censo. M. Fabius. Hic creabantur ex patribus, & ex plebe. Sexti anno ius imperii Romaní ad cōsules redit, qui fuere M. Cornelius, L. Furius. Officiū autem tribunorum militum, ut Tribuni Marcellus de re militari scribit, erat in castris milites cōtinere, & ad exercitationem producere, vigilias circuire, rei frumentariae præesse, queras cōmilitonū audire, valetudinarios inspicere.

POMPONII LAETI

fulci. ifulci. quoniā is qui tali officio præfest , & dare & obseruare castrēnsia omnia debet . Pediamus ait .
omitiati Tribunorum militarium duo genera , primum eorum qui Rufulci dicūtur , & in exercitu crea- ri solent . Alii sunt comitiati , qui comitiis desig- gnantur .

D E A E D I L I B V S .

diles cu Lebes vbi è Sacro móte ad urbem rediit
ies. à patribus impetravit , vt liceret sibi alios
aediles. magistratus creare , qui tribunorum mis-
nisti essent , qui & ædes sacras , & priuatas pro-
curarent , & qui annonæ præfessent . Creauit igitur ædiles
quatuor , duos qui absolito eburno cu-
rules dicti sunt , regiis vtebantur insignibus : &
ornati purpura , curam sacrificiorum & ludorum
habebant . Scio & à quibusdam scriptum esse ,
ædiles duos ex patriciis creatos curules eo tem-
pore , quo primus ex plebe consul factus est . Sed
credibilius est , vt iidem intelligantur ædiles .
Meminit Dionysius lib . 6 . Et alios duos creauit
plebes præpositos annonæ , quos aliqui putant à
diuo Iulio constitutos , & nominatos Cereales .
Aedilium curulum potestas adeo creuit , vt ad
eos summa rerum , & maiestas consularis im-
periī venerit .

D E C E N S O R I B V S .

C Vm census auctus esset , & consules non
sufficerent , duo creati fuere , ad quorum
censionem , id est arbitriū , censeretur po-
pulus , & ob id censores appellati : & primi fue-

DE MAGISTRATIB. R. O. 49

runt C. Papyrius, & Sempronius, M. Geganius
Macerino, & T. Quintius capitolino cōfī. Crea-
batur autem quinto quoque anno, quod tempus
lustrum appellabatur. Asconius Pædianus ait,
censores quinto quoq; anno creari solebāt. Hic
prorsus ciues sic notabantur, qui tenator es-
set, eiiceretur senatu: qui eques Rom. equum pu-
blicum perderet: qui plebeius, in centum tabu-
las referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non
esset in albo centuriæ suæ. Sed ad hoc non esset
ciuius tantummodo, ut pro capite suo tributi no-
mine æra præberet. Idem completo quinque-
nio lustrabant, & taurilia sacrificia de sue, oue,
tauro, faciebant. Ciuium Romanorum primus
census factus est sub Seruio Tullo. Ixxxiii. mil-
lium, & Dcc. Secundus census tertio anno post
fugā Tarquiniorum, C. Valerio Publicola, &
T. Lucretio confī. Inuēta puberum Romanos Attende-
rum ccc. xxx. millia. Tertius cēsus anno. xii. T. amplius
Largio Flavio, Q. Clœlio Sicelo cōfī. Idem T. nem' P. R.
Largius dictator cēsum renouauit. Inuenta pu-
berum Romanorum. c. l. millia, & Dcc. Ann.
xix. id est, ii. post tribunitiam, habitus à consu-
libus census quartus, inuenta ciuium Rom. clxi.
millia. & Dcc. Anno. xxxvi. Seruio Seruilio, &
Au. Verginio consulibus habitus census inuen-
ta ciuium puberum plura quam centum & de-
cem millia, & cæterorum trecenta &. xxx. mil-
lia. Anno. xxxviii. Au. Manlio, & L. Furio cōfī.
habitū census sextus, & ciuium Roma. incer-
tus numerus. Supra annū. lx. ciuium numero, vt

POMPONII LAETI
diximus, creati censores fuere.

DE DECEMVIRIS.

ex. 12. ta
alarum **A**nno ab urbe condita.ccc.ix . Decemviri pro consulibus creati sunt , & tertio anno depositi libidine Appii Claudii, qui Virginiam stupravit Decemviri hi fuerunt , Ap pius Claudius Regilianus, T. Genutius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manilius, C. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulus . Sp. Posthumius Caluinus. hi ex Athenis leges tulerunt in.x.tabulis: datumque est eis ius summum, à quibus prouocatio non erat, & datum etiam uti leges corrigerent interpretarentur. Sequenti anno duas tabulas addiderunt, & inde appellatae leges xii.tabularum . Quidam volunt non eburneis, sed æneis tabulis impressas leges pro rostris positas. Quarum ferendarum authorem fuisse decemviris Hermodorum Ephesium exulantem in Italia, scribunt, vt Póponius refert. Dionysius pro curiatio Oratium dicit. Sequenti anno decemviri rursus creati , Appius Claudius, Q. Fab. Vibolanus, M. Cornelius Maluginensis M. Seruilius, L. Minutius, T. Anthonius Mereda, Manilius Robuleius, Q. Petelius, Ceso Dui lius, Sp. Oppius Cor. Apud Diodorum sunt, C. Serg. & P. Manius . Tertio anno iidem præfuerunt, neq; senatu, neq; plebe suffragia date & ideo vi magistratum obtinuerunt.

DE MAGISTRATIB. RO. 50

DE PROCONSULIBVS.

Osthumio Albo, & Sex. Fusco consi. bello infeliciter contra Equos gesto, proconsul creatus est T. Quintius, & is primus in eo magistratu fuit. Eū sex lictores præcedebant cætera omnia habebat vti consules: & inde statutum est, vt qui consules vno anno fuissent, sequenti proconsules essent, deinde proconsules ad prouincias mittebantur, & singuli singulos legatos habebat, qui administrationi præstarent auxilium. Proconsul potestatem exercebat in ea prouincia tatum, quæ ei tradita est, vel decreta, nisi vocaretur in iurisdictionem voluntariam. Apud proconsulem, vt Martianus ait, seruorum manumissio fieri poterat, & adoptio. Apud proconsulis legatum nemo manum reposita sub Cæsaribus distinctæ prouinciae. nam consulares sub senatu Po. q; Rom. erant, proconsulares sub Imperatoribus.

DE P R A E T O R I B V S E T D E C E M U I R I S , & C U R A T O R I B U S V I A R U M , & T R I U M U I R I S ,
& Q U I N Q U E U I R I S , & C E N T U M U I R I S .

O tempore quo pertinacia tribunorū plebis, qui Romæ sine cōsulibus quinq; annis præfuerere, L. Sestius ex p̄l. bē consul creatus esset, patresprætura, nouum m. g. i. trā, Prætor vi Sp. Furio Camillo, M. filio dederunt. hic prius banus: mus prætor vrbanus fuit, à præfendo prætor

POMPONII LAETI

nominatus est. Prætoris insignia, sella curulis, trabea, lictores sex, & cætera cōsulū insignia. Pomponius in hæc verba ait. Cumque consules auocarentur bellis finitimus, neque esset qui in ciuitate ius reddere posset, factū est, ut prætor quoque crearetur, qui vrbanus appellatus est, eo quod in vrbe ius redderet. Post aliquot dein de annos, nō sufficiēte eo prætore, quod multa turba et iam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & aliis prætor, qui peregrinus est appellatus, ab eo quod plerunque inter peregrinos ius dicebat. Deinde cū esset necessarius magistratus, qui hastæ præcesset, decēui litibus iudicandis constituti sunt. Eodem tempore constituti sunt quatuor viri, qui curam viarum haberēt. Et tres viri monetales, æris, argenti, auriflatores: & tres viri capitales, qui carceris custodiām haberent: vt si animaduerti oportet, interuentu eorum fieret. Et quia magistratis vespertinis temporibus in publicum esse inconueniens erat, quinqueuiri constituti sunt cis Tyberim, & ultra Tyberim, qui possēt pro magistratibus fungi. Deinde prætores creati sunt numero captarum prouinciarum, qui partim vrbanis rebus, partim prouincialibus præcessent. Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit veluti de falso, de parricidio de sicariis: & prætores quatuor adiecit. Ab honore qui præturæ habebatur, ius honorarium appellatum est, quæ prætorum edicta erant.

Prætor per

grinus.

Quatuor

viri.

Tres viri

monetales

Tres viri

capitales.

Quinque

viri.

Ius hono-

rum.

DE MAGISTRATIB. RO. si

DE PROCURATORE CAESARIS.

Procuratori Cæsaris omnis res familiaris
comissa erat: etiam quiequid is egisset,
ratum erat apud Cæfarem, & penes hunc
magna erat authoritas.

DE IURIS PERITIS.

P in vnum contulit. Ab hoc Appius Clau-
dius Regilianus decemuir , cuius maxis-
mum consiliū in duodecim tabulis conscriben-
dis fuit. post hunc eiusdē familiae Appius Clau-
dius Centimalus, qui viam Appiam stravit , &
aquam Claudiam induxit , & de Pyrrho in vr-
bem non recipiendo sententiam tulit. actiones
scripsit, & primum de usurpationibus, qui liber
non extat. Idem R literam inuenit, vnde Vale
sii Valerii , & Fusii Furii dicti sunt . Fuit post
hos maximæ sciætiae Sempronius, cognomen
to sophos. Deinde C. Scipio Nasica optimus à
senatu iudicatus, cui publice domus in sacra via
data est, quo facilius consuli posset. Deinde Q.
Mutius, qui ad Carthaginenses missus legatus,
cum essent duæ tesseræ positæ, vna pacis , alte-
ra belli, arbitrio sibi dato, vtram vellet, referret
Romā vtranq; sustulit & ait Carthaginem. pe-
tere debere, vtrum mallent accipere . Post hos
fuit Tyberius Coruncanus , qui primus profiz-
teri coepit, cuius tamen scriptum nullum extat.

App. Cl.
dius Cen
malus R
teræ inu
tor: quo
nō est ve
simile.

POMPONII LAETI

Deinde Sext. Aelius, & frater eius P. Aelius, ambo cōsules, Ennius Sex. Aelium Catū appellat. Deinde Cato Porciæ familiæ princeps Tusculo genitus, cuius libri extant. Postea P. Muzius, & L. Brutus, & P. Manilius ius ciuile fundauerunt. Ex his Muzius consularis fuit, & decem libros reliquit. Brutus prætorius. vii. Manilius consularis & pōtifex maximus, treis. Ab his profecti sunt P. Rutilius Rufus consul Romæ & Asiae procons. & P. Verginius, & Q. Tuberio ille stoicus Panæ auditor & cōsul, & Sex. Pomp. Cn. Pompeii patruus. Eodem tempore Cælius Antipater, qui plus eloquentia, quam scientia iuris operam dedit, & L. Crassus Muzianus P. Mutii frater, quem Cicero iuris cōsulorum desertissimum dicit. Post hos Q. Mutius P. filius, pōtifex max. ius ciuile rededit in libros xviii. Mutii auditores fuerunt complures, præcipuæ authoritatis Aquilius Gallus, Lucilius Balbus & Sext. Papirius. Dehinc Seruius Sulpicius, qui in causis orandis post M. Tullium primum obtinuit locum, reprehensus à Q. Mutio, quod ius non intelligeret. iuri operam dedit sub Lucilio Balbo & Aquilio Gallo. Seruius cum in legatione periisset, Po. Ro. statuam ei pro rostris erexit, quæ hodie extat in foro Augusti. resiliuit. clxxx. libros de iure ciuili. è seruii disciplina manauerūt Alphenus Varus, C. Flavius, A. Ofilius, Titius Celsus. Aufidius Sura, Aufidius Mamusa, Flavius Priscus, C. Atteius, Antistius Labio primus. P. Celsus. Libri digesti fuerunt

DE MAGISTRATIB. RO. 52

ab Aufidio Mamusa. Ex his Alphenus consul Edictu
fuit, & Ofilius Eq.ordinis, qui edictum prætoris prætor
diligenter primus composuit. Fuit eodem tem-
pore Trebatius Cor. Maximi auditor, Au. Casel-
lius, Q. Mutius Volusi auditor Quæstorius. con-
sulatum enim renuit offerente Augusto. Ex his
Trebatius peritior, Casellius eloquentior, Ofi-
lius utroque doctior. Deinde Aelius Tubero,
qui postquam accusauit Q. Ligarium, nec obti-
nuit apud C. Cæsarem, à causis agend s ad ius ci-
uile transit. Cicero Ligarium defendit oratio-
ne satis pulcherrima. Post hunc Atteius Capito,
qui consul fuit Ofilius imitator, annum sic diui-
sit, vt Romæ sex mensibus cum studiosis esset,
& totidem in secessu in conscribendis libris,
ideo reliquity volumina. xl. Labeo ingenii qual-
itate, & fiducia doctrinæ, qui etiam præ cæteris
operam philosophiæ dederat, plurima innoua-
re instituit. Atteio Capitoni Mafurius Sabinus
successit, Labeoni Nerua, qui fuit Cæsari fami-
liarissimus. Mafurius Sabinus eques Ro. publice
primus scripsit. Hoc beneficium à Tiberio Cæ-
sare dari cecepit. Nam ante tempora Augusti pu-
blice respondendi ius à principe non dabatur.
Sed qui fiduciam suorum studiorum habebant,
cōsulentibus respondebant, neq; responsa uti-
que signata dabant, sed plerunque iudicibus ip-
si scribebant, aut testabantur qui illos consule-
bant. Primus diuus Augustus, vt maior iuris au-
thoritas haberetur, constituit, vt ex authoritate
eius responderent, & ex illo tempore peti hoc

Ius res-
pondendi p-
blice.

pro beneficio cœpit: & ideo optimus princeps
Hadrianus, cum ab eo viri prætorii peterent,
vt sibi liceret respondere: respondit eis, hoc nō
peti, sed præstari solere. Et ideo si quis fiduciam
sui haberet, delectari se, populo ad responden-
dum se præstaret. Igitur Sabino concessum est
à Tiberio Cæsare, vt populo responderet. Cui
cum amplæ facultates non essent, à suis auditio-
ribus sustentatus est. Sabino successit Cassius
Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit
neptis Seruii Sulpitii: is & consul fuit cum Cra-
tino sub Tiberio, à quo propter autoritatem
ciuitate pulsus fuit: & ab Imperato Vespasiano
reuocatus, diem obiit. Nerua successit Procul-
lus. Fuit eo tempore & Nerua alius, & alius
Longinus eques Ro. & prætorius, sed Proculi
authoritas maior fuit. Nā & qui successere, par-
tim Proculauit, partim Cassiani appellati sunt:
quæ origo à Capitone & Labeone cooperat.
Cassio Cælius Sabinus successit, qui plurimum
sub Vespasiano potuit. Proculo successit Pegas-
sus, qui sub Vespasiano præfectus vrbis fuit. Cæ-
lio Sabino Priscus Iabolenus, Pegaso Cels-
sus, Celso patri Celsus filius, & Priscus
Neratius, qui vtrique consules fue-
runt, Iabolenus Prisco Ebur-
nius Valens, & Tuscia-
nus, item & Sabi-
nus Iubia-
nus.

POMPONII LAETI DE
SACERDOTIIS, ET PRIMO
DE RELIGIONE
apud Latinos.



A V' N V S antiquissimus omni
nium regum in Latio fuit. Ab
originibus imperauit. homines Aborig
more ferarum viuentes, in mis
tiorem vitam redegit, lucos fa
crauit, locis & vrbibus nomina dedit: ædificia erexit, templa ædificauit, quæ ideo à Faun
no fana dicuntur, quod pontifices sacrando
illuc fantur. Faunus in Latio cultum deorum
instituisse fertur. Quidam scribunt ante Faun
num imperasse Ianum, & cultum deorum des
monstrasse. Fauni soror Fatua vaticinatrix, ab
ea vates Fatuarii dicuntur. hæc traditur mulie
rum castissima. ideo eam Romani Bonam deam
appellauere, cuius templum est in saxo Auentini
ni móris, vnde ingressus virorum prohibetur,
& ei fœminæ tantum sacrificant.

Fana

Ianus
Fatua.

Fatuarii

Bona de

DE LUVERCIS.

LUpercalia sacrificia ad expiandos manes Luperci
fiebant, græce Lycaea dicta à Pane Ly- lia.
cæo numine Arcadico, quem Romani Lycaea.
vocant Iunum, & idem putatur esse Fauno. Ly Pan.
cæo sacrificatur in spelunca, quæ sub Palatino iunus.

POMPONII LAETI

ruas monte est. Mensis quo hæc sacra fiunt, Februarius à februando, id est purgādo, dicitur, & dies
ruata. Lupercaliorum februata. Euander ex Arcadia
s. hoc solēne in Latium tulit, & instituisse fertur,
ander ut nudi iuuenes Lycæum Panavenerantes, per
n Lyas lusum atque lasciuiam current. hoc primum
us. ludicrum, id est Lupercal Romulus accepit. dis
percal etum videtur à Lycaeō, quia lycos lupus est, inz
ere de Lupercal. Scribunt aliqui à lupa nutrice Roz
muli ac Remi. Nam ab eo loco solenne incipit,
vt lupa lac vagienti præbuit: aut à capris, vt sit
luere, id est purgare per capras capræ enim in
eo sacrificio mactantur] aut quod Pan lupos ars
ceat. Traditur & alia causa quare nudi Luperci, aut quod Faunus per vestes ab Hercule delu
sus fuerit, vt meminit Ouidius. Aut quod cæso
Amulio, Romulus & Remus foedati vultus in
sanguine, nudatis gladiis, & vestibus succineti, ab Alba vsq; ad sicum Ruminalem cucurrerūt.
Vnde seruatur in Lupercalibus, vt nobiles ado
lescentes faciem sanguine sibi foedent, & alii
accurrant cum lana lacte madida tabum abstergētes. Aut quod cū Romulus in palæstra esset,
nudus latrones infecutus fuerit, & votum Pani
Lycaeō fecerit. Sed ego verius puto, vel à Lyceo, vel à lupa. Ideo Romani in Lupercalibus
anis im canem immolant, quoniam naturaliter canis lu
olatur. pis aduersatur, ob quod Romulus lupæ nutrici
gratias habere videtur. Luperci tergora capris
antiquum eripiunt, & succineti discurrent circum antiquū
oppidum. oppidum, id est palatium: occurretes coriis. ver-

TI
DE SACELDOTIIS RO. 54

berant. Fœminæ vltro obuiam occurruunt, faci-
lem partum sperantes.

DE POTITIIS ET
PINARIIS.

Victor Hercules, cæso Geryone Chrys-
saori filio in Erythra, quæ est insula Os Hercul-
ceani Hispani, abacto nitidarum boum
armento, in Latium venit, & prope Týberim
loco heraldo procubuit, vt latro pabulo reficeret
boves. Cacus latronum princeps, eximias bo-
ues duas caudis in speluncam traxit. Hercules
sonno excitus, lustrato grege, cum partē abesse
numero sensit, omnia circuit, auersa vestigia
comperit. confusus nouitate rei, ex loco infecto
agere armentum cœpit. Cum acte boves des-
derio relixtarū mugissent, redditā fuit ē spelun-
ca vox, quæ Herculem conuertit. inuenta fra-
de, Cacum neci dedit. Concursus trepidantium
pastorum aduenam reum cædis faciunt apud
Euandrum, qui miraculo literarum, inter rudes
artium homines, ea loca tum regebat. Is intuēs
habitum formāque viri, rogat, qui vir esset, vbi
nomen, patremque ac patriam accepit, quia sic
Carmenata mater eius vaticinata fuerat, extem-
poralem aram Herculī erexit iuuencum in lo-
mitum maestauit. Inde seruatum est, vt quotan-
nis Ro. bouem indomitū Herculī immolēt, &
Hercules epulum populo dedit, sacrum fieri vo-
luit à Potitiis & Pinariis, quæ tū familie maxis Pinari

Cacus.

Ara ex-
poralia

Potitiis
Pinari

POMPONII LAETI

me inclytæ ea loca incolebant. Forte euenit, vt
Potitii præsto essent, hisque exta apponenterunt
& Pinarii, quia tardi fuere, extis adesis, ad cœ
teram venirent dapem. Potitii ab Euādro edos
cti, antistites sacri eius diu fuerunt. Postea cum
interiissent empti de publico serui, officiu exer
cuerunt. Ara ab Euandro ercta , cui Hercules
decimas soluit, maxima vocatur, & proxima est
foro boario, vbi ex voto decimæ fiunt. Tradūt,
qui velit diues fieri Herculi decimas soluat. hinc
opes M. Luculli factæ memorantur, & ipse Her
cules thesaurorum deus putatur.

DE FRATRIBVS ARVALIBVS, qui primi fuerunt filii Laurentiæ.

ca Lau **M**asurius Sabi . qui tempore Augusti fus
tia. it , duodecim suscepisse liberos Accam
Laurétiam scribit: ex quibus cum vnum
extulisset , grauiter indoluit . Romulus in de
mortui locum se dedit, & ita nūtricem pientissime
fimē consolatus est. Ab hoc numero duodenarius
, aruorum sacerdotes duodecim esse voluit.
& vt Plinius ait, se inter liberos Accæ Laurentiæ
fratrem duodecimū appellauit. Fratres arua
les hi nominati sunt, qui sacra publica faciunt,
propterea vt fruges ferant arua. Aserēdo igitur
& aruis , vt Varro scribit , fratres aruale dicti
sunt. Laurentiam in eo sacerdotio dedisse Ros
mulo spiceam coronam pro religiosissimo in

signi, quæ vitta alba colligaretur, & item Plinius ait.

D E A V G V R I B V S .

Augurandi ars antiquissima, à Chaldaeis Augur ad Græcos, apud quos Amphiaraus, Mo di ars plus & Calchas summi augures habiti sunt, à Græcis ad Hetruscos venit, ab Hetruscis ad Latinos: & ipse Romanorum pater Romulus augur fuit, & ideo instituit magistratus auguriis confirmari: & posteri non nisi augurio iubente, res inchoabant. Locus augurii, templū Locus erat: augur versus orientem sedebat, capite verso augurii lato, lituum dextra tenens manu, id est curuum baculum, quo in cælo regiones diuidit, & quæ auguria veniunt, predicit. si leua fuerint, quia aliena parte septentrio est, felicia pronunciat. pars illa orbis propter altitudinem prospera putatur & à dextra parte meridies, quia depresso est, infelix. Dionysius meminit antiquam augurā di obseruationem fuisse etiam Aboriginū. Nā Ascanius prius quā aciem cōtra Mezentium eduxeret, augurium captauit: & ubi micare à sinis augur. Istris fulgur conspexit, pugnauit, & viator fuit: tātāque veneratio & utilitas, inde fuit, ut collegium augurum cōstitutum sit: & primum tres augurii augures fuere à tribus tribubus sic instituisse. Romulum tradit dionysius. Inde quatuor creati. Tandem plede per tribunos id petente, quinque plebei augures, quatuor patriciis adiūcti fuere, Augures & sic numerus nouem augurum mansit. nouem

POMPONII LAETI

DE VESTALIBVS.

Vestalem ignem cum penatibus Aeneas
è Troia in Latium tulit. condito Lauis-
nio, Vestæ adem sacrauit. Postea Asca-
nius condita Alba, templum Vestæ adificauit
in mōtis Albani parte, cui suberat lucus, in quo
Hila Romuli mater à Marte compressa fuit. Ve-
stæ ministræ virginitatem seruabant. Mos Las-
tinis fuit, generosas & castas virgines legi. post
multos annos Romulus castissimas sacroru-
ces remonias constituit, & vt Varro tradit, sacerdo-
tes sexaginta, qui publica sacra facerent, per tris-
bus & curias creauit, à virtute & generis nobis-
litate. Inopes, & aliqua parte corporis debiles,
sacerdotes fieri vetuit, & in curiis singulis Ve-
sta quædam communis erat. Templum Vestæ
Romulus cōdidit, & virgines legit. Sed frequēs
opinio Numam Pompilium asserit. Credibile
est Romulum, qui in omnibus curiis Vestam
esse voluit, separatim non posuisse. Rotunda ef-
figie templum est inter Capitolium & Palatiū.
in eo seruabatur perpetuus ignis, quia Vestana
hīl aliud est, quam purus ignis. Sunt qui dicant
aliam quædam arcana in eo templo seruati, etiam
pontificibus & virginibus ignota, quidam duo
dolia non magna, alterum clausum, alterum a-
peritum, in quo nihil est. Quidam aiunt à virginis
nibus Palladium seruari cœlo lapsum in Troia.
Prime virgines à Numa electæ quatuor fuere,
Gegania, Berenia, Camilla, Tarpeia, duæ aliae

TI
DE SACERDOTIIS RO. 56

à Seruio Tullo additæ. Castitas virginibus terminata est in. xxx. annos. decem primis dicit virgo, totidē ministra est, in reliquis docet, post xxx. annos nubendi potestas fit. Prima quæ caspta fuit, Amata traditur. ideo cum capitur virgo, hoc nomen ei imponitur. Capitur à pontifice non minor annis sex, & nō maior decem, & quæ non sit patrima & matrima, neve lingua, sensu auriū diminuta, alia ve corporis labe, neq; filia serui, neque eius qui domicilium in Italia non haberet. Vestalis si petulanter delinquisset, Vestalis verberabatur à pontifice: si incesta fuisset, hoc delinquo modo pœnas luebat. vineta efferebatur in Sanctis pœndapila per medium forum usque ad portā Collinam, vbi tumulus impudicarū Vestalium inter muros imminet, in quo est parua cauerna subterranea, ad quam per foramen scalis descendit, in qua est stratus lectulus, & lucerna ardens, & panis, lac, oleum, ne fame intereat. Desponitur hic Vestalis, soluitur vinculis, capite velato in supplicium ducitur, pontifex cum arcana quædā pronuncianit, cum sacerdotibus terga vertit, & statim impudica Vestalis in cauernam demittitur, inde fossa tellure repletur usque ad operculum: ea die silentium & necessitia in tota vrbe est.

DE FLAMINIBVS.

DIalem & Martialem flaminem Romulus instituit, Numa Quirinalem addidit. Varro afferit Numam Pompilium

Dialis.
Martialis.
Quirinalis.

POMPONII LAETI

flamines singulis diis fecisse, & ab eis nomina dedisse. hinc res publica hominibus in cælum re amines. latis, flamines decreuit. Dicti autem flamines sunt ex gestatione pileorum, quasi pileamines. quidam aiunt ab insulis quas flamas vocant. aminii. Eorum ministri Flaminii dicti, & ministrae flaminulæ. Sed rerum omnium sacrarum administrati Camilli dicebantur: flamines non poterant nisi singuli singulis diis attribui, & nephias si ne pileo erat egredi domum.

D E S A L I I S .

SAlios duodecim Marti Grandiuo legit Numma. dicti à saltando, quod facere in comitiiis quotannis & solent, & debent. versico loribus tunicis ornati per urbem tripudiāt, succincti æneis balthæis. Togas fibulis necunt, quas trabeas vocant. Gestant in capite pileos, quos vocant apices. gladio accinguntur. dextra lanceam aut virgam ferunt, laeva Thraciam peltam. cælestia sunt arma, ancylæ vocant, id est circum excisum. id fertur cælo lapsum in regiam Numæ, anno octauo regni eius. Lege cautum erat, vt Salii liberi essent, & indigenæ, & quo rum vterque parens viueret, & cuiuscunque fortunæ, pauperes aut diuites. Quidam Salios appellatos putant à viro. Samothrace seu Manteo, nomine Salio, qui saltationem in armis inuenit. Traditur Tullus. Hostilius duplicasse numerum Saliorum.

TI
eis nomi
in celum
a flamine
leamines
as vocan
nistræ fa
n admini
n poteran
nephaf

legi.
in con
at. verbo
dū, fū
ecum,
uleos,
entra
pel
cū
jam
atum
quo
e for
s ap
in tū
ermis
cale

DE SACERDOTIIS R.O.

57

DE FOECIALIBVS, ET
patre patrato.

Fœciales dicti, quod fidei publicæ inter populos præerant: nam per hos siebat, ut ius Fœcialium conciperetur bellum, & ut fœdere fides pacis constitueretur. Eos instituisse dicitur Numa cum indicendum esset bellum Fidenatis bus. Hi mittebantur prius quam conciperetur bellum, ad res repetendas: & si non impetrabat, bellum indicebant. Fœcialum unus qui patrem patratū faciebat, ex ipsis fœcialibus electum, sacerdos vestibus ornatus, ad authores iniuriarū processebat: prius quam urbem intraret, ianitorem vel alium qui obuiam fuisset, alloquebatur quisbusdam imprecationibus. Inde in forum pergit illuc differit qua causa venerit, tempus ad consilium dat triginta dierum: si per hos dies res infecta maneret diis cœlestibus manibusq; inuocatis, abit, & ad senatum refert: & ubi in senatu quod iustum primumque esset, actum erat, fœcialis bellum indicebat. Fœcialium sacra nefas violare erat. nam Fabius cum ea violasset, urbs Roma na à Gallis Senonibus euersa fuit. Dicuntur fœciales à fœdere faciendo seu feriendo. Pater pater tratus à patrado, id est sanciendo fœdere. quidā Pater patrato à fœcialibus creabatur, qui tantū in fœdere santratus vniendo præerat, ut quidam scribunt. de.

DE PONTIFICIBVS.
Pontifices è patribus legit Numa, & ex his pontifice maximum fecit Martiū Mag
h i

POMPONII LAETI

ti F. & ipsius Numæ generum: cuius scitis omnia publica priuatâq; lacra subiecit, vt esset quo cōsultū plebes veniret, & idem nec cœlestes modo ceremonias, sed & iusta funebria & prodigia quomodo lusciperentur, & curarentur. De funeris pontifice maximo, alius eligebat non à populo, sed ab ipsis Pont. Appellati sunt ut Varro scribit & Dionysius] à ponte Sublico, quem reficiebant. quare videntur à Numa non pontifices, sed sacerdotum principes nominati, & inde regnante Anco Mar. quando Sublius pons factus fuit, à ponte pontifices appellati, & ideo sacra ab eis trans Tyberim nō mediocriter ad pontem sunt. Scœuola pontifex maximus dicebat pontifices dici à posse & facere. Quidam scribunt ab eo, quod potentia sacra perticiant.

D E R E G E S A C R I F I C V L O.

Postquā Romani iam liberi, extincto resgio nomine, cōsules crearunt, nec ubi desiderium regis esset, propter quædam sacræ publica, quæ reges faciebant, regem sacrificium constituerū, & è patribus elegerunt C. Manium Papyrium, & id sacerdotum pontifici subiecere, ne nouæ libertati additus nomini honos officeret. Is Papyrius quietis studiosissimus fuit, idem fuisse memoratur, qui leges Numæ ab Anco Martio in tabulis quernis inscriptas, rursus in publicum traduxit.

DE GALLIS MATRIS
deum.

Galli sacerdotes Cybeles matris deū sunt Cybel & semimares, id est castrati, ab eo quēd d ea puerum Phrygium amauit Atym, Atys cui praecepisse dicitur, ne concumberet ille cum Sagaritide nymphā: coiuit sub arbore: Cybele excisa arbore victa est: puer ad Dindyma aufuz git, & virilitatem sibi amputauit. Ideo & Cybele Sacerdote castratos sacerdotes habere mauult. Secundo castrati bello Punico Romam etiam deportatus est sacer lapis, quem matrem deum incolae dicebant, Mater per legatos tres, M. Valerium, L. Eminium, & C. Cecilium Galbā, & quæstores duos, Cn. Tre mellium Flaccum, & M. Valer. Falconem: rece ptāque fuit dea Romæ à sapiētissimo homine P. Nasica Scipione Nasica, qui à senatu in tota ciuitate vir optimus optimus iudicatus fuit: & quod magis admirabile est, adolescens erat. Galli dicti sunt à Gallo Galli flumine Phrygiæ. testes famia testa sibi amputant. Rhea nominatur Cybele à monte Cybez Rhea. lo, quæ est pars montis Dindymi.

DE D V V M V I R I S E T D E
cemuiris sacrorum.

DVumuiiri à Tarquinio Superbo instituti fuerunt, qui soli inspicterent libros Siz Libri byllinos: deinde cū plebes creari ex suis instaret, ex plebeis & patriciis creati decem, & inde quindecim qui librios inspicterent. Sic &

POMPONII LAETI

cēuiri duumuiris ad decemuiros & quindecim viros
iūndes res deuenit, & aliquando data cura corigendos
i viri. rum fastorum fuit. Hi Februarium qui vltimus
erat post Ianuarium posuerunt.

DE EPVLO NIBVS,

Veteres pontifices [vt ait Cicero] propter multitudinem sacrificiorum, tres epulones esse voluerunt, vt ludorum epulare sacrificium facerent. Id sacerdotium antiquum fuisse constat, sed de ætate nōdum legimus. numerus auctus fuit, duo additi, & quinque fuere epulones: & postea theatralium ludorum atque Circensium ambitione, septem fuisse epulones leguntur.

DE TITIIS SODALIBVS

Sodales Titii sacerdotes extra urbē habita bant, & in tuguriis certa auguria seruabāt quoniam ad id deputati à Pōtificibus erāt. Nomen inditum est ab auibus.

POMPONII LAETI DE LEGI

BVS LIBELLVS

TUs pluribus modis dicitur. Naturale quod Ius natū
ē cōmune omnibus animalibus. Ius gētiū Ius gen
quo gētes humanæ vtūtūr. Ius ciuile quod Ius ciu
ex legib⁹, plebiscitis, senatuscōsultis, decretis
principiū, & authoritate prudētiū venit. Ius pu
blicū, in sacerdotibus & magistratibus cōsistit. Ius put
cum.
Ius priuatū ad singulorū vtilitatē spectat. Ius etiā
dicitur locus in quo ius redditur, vt meminit
Paulus de lege & de legis origine. Lex[vt Chry
sip. diffinit] est diuinarum & humanarum rerū
notitia. Lex dicitur rogatio & obnūciatio. Lex,
donum est dei, dogma hominum sapientum, co
ertio volūtatis. Legis virtus est imperare, veta
re, punire, permittere. Lex est æternum quoddā
quod vniuersum mundū regit, imperādi prohi
bēdiq; sapientia. ex hac lege lex nostra est. ratio
mensque sapiētis æqualis dei est lex: cōstātque
ad salutē ciuium, ciuitatūmque incolumitatem,
vitāmque omnium quietā & beatam. Igitur vbi
lex non est, quies & beatitudo non est: & apud
illos antiquissimos mos sapientum lex erat, id
erat, quoniam antiquitas proxime accedebat ad
deum. Lex magistratibus præest, & magistrat⁹
populo, Optime putat Cicero, magistratū
esse legem loquentem. Imperandi & obtēperan
di modus debet esse. Nam & qui bene impera
uerit, aliquādo obtēperet necesse est: & ipsi mor
tales nō solū obtēperare & obedire magistrat⁹
bus debēt, sed eos colere atque diligere. Potestas

Lex.

Legis v
tus

POMPONII LAETI

estas & facultas à populo seu principe publi. data. Magistratus dici cœptus est, cum à populo creatus fuit magister populi, id est dictator. Prima fersi ni lez atores. Ceres dedisse leges mortalibus, postea ipsi sapientes, Phoroneus Argiuis dedit, Moyses cæ lo lapsas Hebræis Aegiptiis Mercurius Draco & Solon Atheniensibus, Minos Cretésibus, Lycurgus Lacedæmoniis, Turiis charundas, Romanis Romulus.

DE AELIA ET FUSIA LL.

Aelia & Fusia lege resistebatur perniciosis legibus in ciuitate, quæ ideo erât propugnacula & muri ocii & trâquillitatis. Sed Clodius tri. pl. L. Pisone & A. Gabinio cosl. iiiii leges tulit: ex his secûda fuit, ne quis per eos dies quibus cù populo agi liceret, de carlo seruaret & quarta cauebatur, ne quæ cœsores in senatu legendendo præterirent, neve quæ ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & vtriusque cœsoris sententia dānatus esset: hac lege diminuta est censura, quæ est magistra vitæ & modestiæ.

De lege Aurelia.

Aurelia lege cōmunicata sunt iudicia senatui equitibusque Romi. & tribunis ærariis. Eā tulit Aurelius Cotta prætor. Delege Acilia.

Manius Acilius Glabrio legē tulit de pecuniis repetūdis, in qua ne cōperēdinari quidē reū sinit L. Piso primus tulit legē de pecuniis repetūdis.

De lege Annonia.

Clo. tri. ple. de annonâ legē tulit, vt frumētū quod âtea senis æris ac triētibus in singulos ma-

DE LEGIBVS RO.

60

dios dabatur, gratis daretur. De lege annaria.

Ea lex annorū modū finit, quibus magistratus capiendi potestas sit. De lege Aterma.

Hec lex, cum mos priscus fuisset irrogandæ multæ per magistratus, ouis aut bouis nomine, ouis ære deno, bouis ære centeno diffiniuit.

De lege Aquilia.

Aquilia lex ab Aquilio lata, de dolo malo, de fraude, de deceptione, de similitate.

De lege Cincia.

Cincius legē tulit, qua cauetur antiquitus, ne quis ob causam orādam, donū pecuniāve accipere peret. De lege Calphurnia.

Calphurnia lege pecuniaria pœna inter alias pœnas adiecta fuit. L. Calphurnius Piso eam tulit. De lege Cornelia.

Cornelia lege cauetur, ne quis legatis exterarum nationū pecuniā expensam ferret. A. Cornelius conf. tulit, & idem aliam tulit, ne quis in senatu legibus solueretur, nisi ducēti, ad fuisset: ne quis cū solutus esset, intercederet, cum ea de re ad populum ferret. Tulit idem Cornelius, vt prætores editis suis ius dicerent. Lex est à Cornelio quodā lata, vt homines qui parricidii causa telo accincti sint, gladio persequantur.

De lege Cassia.

ACassio Longino lex lata est Cassia, qua populus per tabellam suffragia ferret.

C. Mario, C. Flacco conf. alia ab eodem lata, vt ille quem populus damnasset, cuive imperiu abrogasset, in senatu non esset.

h iiiij

POMPONII LAETI

De lege Fabia.

Fabia lex à Fabio lata, qua adiecta poena est
illis qui deducunt & sectantur cādidos in comitia

De lege frumentaria.

Frumentaria lex à Sempronio Graccho lata est,
qua frumentum è publico distribueretur po. Ro.

De lege Falcidia.

Lege Falcidia, à Falcidio lata, cauetur ne plus
dodrāte legare liceret, propterea quōd multi ha-
reditatē recusabant. De lege Flavia.

Flavius legem tulit de plagiariis, cū quis dolo
seruū aut pecus à domino, & filiū à patre subtra-
hit. De lege Gabinia.

Gabinius legē tulit, qua bellū Cn. Pōpeio ma-
gno contra Piratas datū est, contra C. Trebellii
trib. pl. intercessionem. De lege Iunia.

Iunius Sylvius conf. cum Q. Cecilio Mete. les-
gē tulit bello Cimbrico, quod diu prae & infes-
ticiter gestū est, propter diminuta militiae, sti-
pendia. De lege Iulia.

Iulia lege puniuntur adulteri. Idē Iulius Cæ-
sar legem tulit de peculatu in eos qui rempub.
vel sacra furati sūt, vel furatibus auxiliati sūt,
vel furta scientes suscepérunt.

De lege Lectoria.

Cum adolescentes in cōtractibus circūueniri so-
lerent, Q. Lectorius poenā deceptoribus adiecit

De lege Licinia.

P. Licinius Crassus orator, & Q. Mutius Scæ-
uola pont. max. legem tulerunt de regundis ci-
uibus, vt in suæ quisque ius ciuitatis redigeretur

cū multi Itali cupiditare ciuitatis Ro. tenerētur
De lege Manilia.

L . Manilius legē tulit, vt quādo res à nobilis
bus aduersē gestæ fuerāt, illi ad magistratus ge
rēdos admitterētur, quorū maiores in Romana
repub. magistratum nō exerceuissent, huiusmodi
autē noui appellantur. De lege Othonia.

Otho tr. pl. legē tulit, ne quis cum ordine eque
stri in spectaculis federet, nisi sestertia quadragi
ta possideret: quod si cōtingeret, quisquis esset,
sive ingenuus sive libertus, inter equites specta
re liceret in gradu. xiiii. De lege Oppia.

Oppius legē tulit, ne superfluo ornatu mulieres
Romanæ vterētur, neve pilētis, id est, thedis pē
silibus vterētur, neve plus vncia in auribus ap
penderent. De lege Hortēsia.

Hortēsius legem tulit, vt eo iure quod popu
lus statuisset, & omnes Quirites tenerentur.

De lege Pompeia.

C , Pōpeius Strabo lata lege veteribus incolis
Trāspadanis ius Latii dedit, quod cæteræ colo
niæ Latinæ habebāt, vt petēdi magistratus, &
ciuitatis Romæ ius adipiscerētur. Cn. Pōpeius
magnus legē tulit, vt quæstor suffragio populi,
ex his qui cōsules fuerāt, crearetur. Idē Pōpeius
legē tulit, qua asperrima poena patricidas affi
cit. Si quos parētis filii fata præparauerit clā & pa
lā, insutus culeo cū cane & gallo gallinaceo, &
vipera & simia, in mare aut in flumē proice rez
tur.

De lege Papia.

Lege Papia prohibētur peregrini vti vrbe Ro.

M. Plotius Sil. tr. Cn. Pompeio Strabone, &
L. Torcio Cato cōss. legē tulit, vt singulæ tribus
quinosdenos ex eo numero suffragio crearent,
qui eo anno iudicarent. L. Rosius Otho cōsul
legē tulit, vt in theatro æquitibus Ro. ordines.
xxiiii. spectādi gratia darētur. De lege Satyra.

Satyra lex est, quæ vno rogatu multa & va-
ria cōprehendit. De lege Scantinia.

P. Scantinius legem tulit, qua puerorum con-
cubitores graui suppicio afficiuntur.

De lege Tutelari.

Lege tutelari cauetur, ne quis tutor per simu-
lationē pupillū fraudet. De lege Variana.

Q. Varius tr. pl. legē tulit, vt quæreretur de his
quorū ope consiliove socii. Pop. Ro. arma sum-
psissent. De lege Voconia.

Voconius legē tulit, ne quis cēsus, hoc est pe-
cuniosus hæredē vnicā relinqueret filiā. erat aus-
tē cēsus ille, qui C. millia in professione detu-
lisset. De lege Valeria.

Valerius Publicola legē tulit, vt nulli magis-
trati liceret corpus Romani ciuisi indicta cau-
sa cōdēnare, liceretq; dānatis ad populū prouo-
care. Hæc habuit M. Pātagathe, quæ de magis-
tratibus & sacerdotiis & legibus compēdiose
scriberem, vt ex eo cōpēdio aliqua ad nostros
vtilitas perueniat: & ita depinxisse opinor, vt
ante oculos velut in tabella posuerim. Scribāt
alii diffusius, Pomponio satis est placere suis.

BREVIS INDEX. DIGNITATUM
OMNIUM AC MAGISTRATUM, NECNON & SACERDOTIUM QUAE IN TOTO FENESTELLA & POMPOSIO REPERIRI POSSUNT: CUIUS NUMERUS PRIOR, FOLIUM
ALTER, PAGINAM DENOTAT.

A		stæ	55.z
Aborigines	53.1	Ascanius augur	55.z
Acca Laurentia	54.z	Atys	58.1
Accēsi & præco.	40.1	Augurandi ars	55.r
Aediles	48.z	Augures nouem	55.1
Aediles cereales	27.z	Auguria	5.1
Aediles curules	27.z	Augurū collegiū	6.1
	& 48.z	B	
Aediles plebei	27.1	Belli dicēdi mos	10.z
Aedes Vestæ	55.z	Bona dea	35.1
Aediliū munera	28.1		C
Amata	56.1	Caci cædes.	4.1.-54.1
Amatæ nomēnd.	8.z	Camilli	56.z
Ancile vnde	56.z	Candidati	zz.z
Ancilia quid	9.1	Candidati princip.	8.z
Antiquū oppidū.	54.1	Canis immolatur	53.z
Antonii tyrānis	36.1	Carmenta	4.1
Apices	56.z	Castiani	52.z
App. Clau. Cētimalus		Celeres	44.1
R literæ inuentor:		Cēsores	zz.z & 48.z
quod non est verisimile		Censorū authori.	zz.z
Appius Clau. libidinis exemplum	29.z	Cereales	48.z
Ara extēporalis	54.1	Collegiū augurū.	55.1
Arcana in templo Ves-		Collegiū pōtificū.	9.1
		Comitati	48.z
		Comitiorū diuer.	zz.1

INDEX

- C**ōcionē habere. 15.1
 Conscripti qui 15.2
 Consules 21.2.&
 46.1.&.50.1
 Corona spīcea 54.2
 Curiæ 43.2
 Curiatæ leges 43.2
 Curiones 43.2
 Cybele 58.1
- D**
- Decem' tabulae 29.1
 Decē Tarquinii 31.1
 Decemuiri 49.2
 Decemuiri è duumui-
 ris 13.2
 Decēuiri exacti 31.1
 Decēuiri legū ferēda-
 rū causa creati 28.2
 Decēuiri.tyrānis.29.2
 Decuriæ patrum 19.1
 Dictator. 23.2.46.2.
 Dictator vnde appell-
 latus 24.1
 Dialis flamen 56.1
 Dialis vnde 6.2
 Duo dolia in templo
 Vestæ 55.2
 Duumuiri 44.2
 Duūuiri capitales 19.2
 Duumuiri classis restis
 tuendæ 38.1
- Duumuiri & decemui-
 ri sacrorum 58.1
 Duūuiri sacrorū 13.1
- E**
- Edictū prætoris 52.1
 Epularesacrificiū.58.2
 Epulones 58.2
- F**
- Fana 53.1
 Fasces 44.1
 Fatua.Fatuarii 53.1
 Faunus 2.1.&.53.1
 Februarius 53.2
 Februata dies 53.2
 Feriendi foederis ri-
 tus 10.1
 Flamen dialis 6.2
 Flamē vnde dictus.6.
 2.&.56.2
 Flamines 56.1
 Flaminulæ 56.2
 Foeciales 57.1
 Foeciales vnde 57.1
 Foecialis sacerdos 10.1
 Foecialis munus 10.1
 Foederavn.appel.10.1
 Fratres aruales, qui pri-
 mi fuerunt filii Lau-
 rentiæ. 54.2
- G**
- Galli matris deū. 58.1

ALPHABETICVS

Galli vnde dieti	58.1	Libri Sibyllini	58.1.
Galli sacerdotes	12.2	lycaeus	2.1.lycæa.53.1
	H	Lictores	44.1
Hercules Cacum inter ficit	54.1	Lictores vnde	22.1
Hercules thesaurorum deus	54.2	Lituum quid	5.1
	I	Locus augurii	55.1
Ignis Vestalis	55.2	locus sena.habē.	16.2
Inaugurandi ritus	5.1	Luere	53.2
Interrex	19.1.& 44.2	Lupercal.	3.1.& 53.2
Interregia p̄tās	18.2	Lupercales vnde	3.1
Iunus	53.1. Ius. 59.1	Lupercalia	53.1
Ius ciuile	51.2.& 59.1	Luiſtrum	49.1
Ius ciuile Papyrianum		M	
	43.2	Magister equitū	24.1
Ius gentium	59.1	& 45.1.& 46.2	
Ius honorarium	35.1	Magister populi	23.2
& 50.2		Magister stabuli	45.1
Ius priuatūm	59.1	Magistratus	59.2
Ius publicūm	59.1	Maieſtas regia	44.1
Ius naturale	59.1	Martialis flamē	56.1
Ius respondendi publi ce	52.1	Mater deum	58.1
	L	Mensarii	35.2
Latinarū feriarū præ fectus	35.2	Merum imperiū.	26.2
legati procōſules.	50.1	Minorū magistratum species	37.1
legati procōſulū.	26.2	Mons sacer	47.1
Legis virtus. Lex	59.1	Multitudinis patroni.	
Lex.xii.tabula.	49.2	44.1. N	
		Nasica vir optimus.	
	O	58.1.	
		Ordo cōſulēndi senas	

INDEX

- tus. 15.z
 P
 Palladiū. 55.z. pā. 53. i
 Pan aquare nudi colue
 rint z.i
 Pan Lycæus 53.z
 Panos sacra atq; sacer
 dotes z.i
 Pater patra. vnd. 57.i
 Patres cōs. 15.1. 44.z
 Patres patricii 44.i
 Patres qui 15.1
 Patris patra. part. 11.i
 Patricii qui 15.1. & z
 Pedarii qui 15.z
 peregrinus prætor 35.i
 Plebiscita 44.z
 Pompeii dictum. 31.z
 Pōtīfex maximus. 9.i
 Pontifex vnde 57.z
 Pontifices 57.i
 Pōtīfex maximi. 57.z
 Pontifices vnde 9.z
 Pōtī. max. titulus 6.z
 cū Populo agere 14.z
 Poteſtas 59.z
 Poteſtas ſenatus & ple
 bis 44.z
 Potitii & pinarii 54.i
 Potitii & Pinarii Her
 culis 3.z
- Præfecti alarum & co
 hortium 45.z
 Præfectus annonæ 31.
 1. &. 45.i
 Præf. caltrorum. 46.i
 Præf. fabrorum 46.i
 Præfect. militiæ 45.z
 Præfe. legionis. 45.z
 Præfe. prætorio. z4.i
 & 37.1. &. 45.i
 Præfectus vigilū. 45.z
 Præfe. vrbis. 20. z. 35
 z. &. 37.1. &. 45.i
 Præſes 39.z
 Prætores 34.z
 Prætor peregr. 50.z
 Præt. vr. 34.z. & 50.i
 Primilegum lat. 59.z
 Primipilus 45.z
 Principes ciuita. 44.i
 Procōſules. z5.z. 50.i
 Proculani 5z.z
 Procurator Cæſaris 38
 z. &. 51.i
- Q
- Quæſtores. 18.1. 46.z
 Quæſtores duo 47.i
 Quæſit. parricidii 18.z
 Quatuor viri 37.z.
 &. 50.z
 Quinque viri 50.z

ALPHABETICVS

Quinq; viri mēsa.	35.z	tris deorum	12.1
Quinque viri	58.z	T	
Quirinalis flāmē	56.1	Tarquinii mors	31.1
R		Tempus senatus	16.z
Rex sacrificulus.	57.z	Titii iodatales	58.z
Rhea	58.1	Torquati cognomen-	
Romulus augur	55.1	tum	zz.z
Romulus , vrbis Ros-		Trabea	56.z
manæ cōditor	42.z	Tres viri	37.z
Rufulci tribuni	48.z	Tres viri capi.	50.z
S		Taes viri moeta.	50.z
Sacerdot.castrati	58.1	Tribunus celerū	44.1
Sacerdo.princip.	57.z	Tribuni celerum equi-	
Sacerdotes.lx.	55.z	tum	18.1
Sacerdotia fratrū ar-		Tribuni militū.	48.1
ualium	4.z	Tribuni militū, & cō-	
Sacerdotium patris pa-		sularis potestas	32.1
trati	10.z	Tribu.lactosan.	47.z
Sacrificulus	11.z	Tribunitia ptās.	47.z
Sacrorum rex	11.z	Trib. vn.	43.z.47.z
Salii Marti dicati	8.z	Trib.pl.z4.1.&	47.1
Salii qui	8.z,& 56.z	Tribus	43.z
Salius	56.z.secū.44.1	Triūiri coloniæ dedu-	
Sella curulis	44.1	cendæ	33.z
Senatores	15.1.44.z	Triūiri reip. cōstitu.	
Senatoria xtas	17.1	36.1. Trosuli.	44.1
Senatoriae perso.	17.1	V	
Senatorū origo	15.1	Vestales	7z.& 55.z
Senatuscōsultū	44.z	Vestalis delinquentis	
Septēuirie epulonū	13.z	pœna	56.1
Simulactri traiectio ma-			

FINIS.

ALATINUS

1.11. *in hoc tempore* 2.11. *et quod*
1.12. *in hoc tempore* 2.12. *et quod*
1.13. *in hoc tempore* 2.13. *et quod*
1.14. *in hoc tempore* 2.14. *et quod*
1.15. *in hoc tempore* 2.15. *et quod*
1.16. *in hoc tempore* 2.16. *et quod*
1.17. *in hoc tempore* 2.17. *et quod*
1.18. *in hoc tempore* 2.18. *et quod*
1.19. *in hoc tempore* 2.19. *et quod*
1.20. *in hoc tempore* 2.20. *et quod*
1.21. *in hoc tempore* 2.21. *et quod*
1.22. *in hoc tempore* 2.22. *et quod*
1.23. *in hoc tempore* 2.23. *et quod*
1.24. *in hoc tempore* 2.24. *et quod*
1.25. *in hoc tempore* 2.25. *et quod*
1.26. *in hoc tempore* 2.26. *et quod*
1.27. *in hoc tempore* 2.27. *et quod*
1.28. *in hoc tempore* 2.28. *et quod*
1.29. *in hoc tempore* 2.29. *et quod*
1.30. *in hoc tempore* 2.30. *et quod*
1.31. *in hoc tempore* 2.31. *et quod*
1.32. *in hoc tempore* 2.32. *et quod*
1.33. *in hoc tempore* 2.33. *et quod*
1.34. *in hoc tempore* 2.34. *et quod*
1.35. *in hoc tempore* 2.35. *et quod*
1.36. *in hoc tempore* 2.36. *et quod*
1.37. *in hoc tempore* 2.37. *et quod*
1.38. *in hoc tempore* 2.38. *et quod*
1.39. *in hoc tempore* 2.39. *et quod*
1.40. *in hoc tempore* 2.40. *et quod*
1.41. *in hoc tempore* 2.41. *et quod*
1.42. *in hoc tempore* 2.42. *et quod*
1.43. *in hoc tempore* 2.43. *et quod*
1.44. *in hoc tempore* 2.44. *et quod*
1.45. *in hoc tempore* 2.45. *et quod*
1.46. *in hoc tempore* 2.46. *et quod*
1.47. *in hoc tempore* 2.47. *et quod*
1.48. *in hoc tempore* 2.48. *et quod*
1.49. *in hoc tempore* 2.49. *et quod*
1.50. *in hoc tempore* 2.50. *et quod*
1.51. *in hoc tempore* 2.51. *et quod*
1.52. *in hoc tempore* 2.52. *et quod*
1.53. *in hoc tempore* 2.53. *et quod*
1.54. *in hoc tempore* 2.54. *et quod*
1.55. *in hoc tempore* 2.55. *et quod*
1.56. *in hoc tempore* 2.56. *et quod*
1.57. *in hoc tempore* 2.57. *et quod*
1.58. *in hoc tempore* 2.58. *et quod*
1.59. *in hoc tempore* 2.59. *et quod*
1.60. *in hoc tempore* 2.60. *et quod*
1.61. *in hoc tempore* 2.61. *et quod*
1.62. *in hoc tempore* 2.62. *et quod*
1.63. *in hoc tempore* 2.63. *et quod*
1.64. *in hoc tempore* 2.64. *et quod*
1.65. *in hoc tempore* 2.65. *et quod*
1.66. *in hoc tempore* 2.66. *et quod*
1.67. *in hoc tempore* 2.67. *et quod*
1.68. *in hoc tempore* 2.68. *et quod*
1.69. *in hoc tempore* 2.69. *et quod*
1.70. *in hoc tempore* 2.70. *et quod*
1.71. *in hoc tempore* 2.71. *et quod*
1.72. *in hoc tempore* 2.72. *et quod*
1.73. *in hoc tempore* 2.73. *et quod*
1.74. *in hoc tempore* 2.74. *et quod*
1.75. *in hoc tempore* 2.75. *et quod*
1.76. *in hoc tempore* 2.76. *et quod*
1.77. *in hoc tempore* 2.77. *et quod*
1.78. *in hoc tempore* 2.78. *et quod*
1.79. *in hoc tempore* 2.79. *et quod*
1.80. *in hoc tempore* 2.80. *et quod*
1.81. *in hoc tempore* 2.81. *et quod*
1.82. *in hoc tempore* 2.82. *et quod*
1.83. *in hoc tempore* 2.83. *et quod*
1.84. *in hoc tempore* 2.84. *et quod*
1.85. *in hoc tempore* 2.85. *et quod*
1.86. *in hoc tempore* 2.86. *et quod*
1.87. *in hoc tempore* 2.87. *et quod*
1.88. *in hoc tempore* 2.88. *et quod*
1.89. *in hoc tempore* 2.89. *et quod*
1.90. *in hoc tempore* 2.90. *et quod*
1.91. *in hoc tempore* 2.91. *et quod*
1.92. *in hoc tempore* 2.92. *et quod*
1.93. *in hoc tempore* 2.93. *et quod*
1.94. *in hoc tempore* 2.94. *et quod*
1.95. *in hoc tempore* 2.95. *et quod*
1.96. *in hoc tempore* 2.96. *et quod*
1.97. *in hoc tempore* 2.97. *et quod*
1.98. *in hoc tempore* 2.98. *et quod*
1.99. *in hoc tempore* 2.99. *et quod*
1.100. *in hoc tempore* 2.100. *et quod*

the scale towards document




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. _____

S
n. 12.1
hors 31.1
natus 16.2
s 58.2
egnomens
zz.2
56.2
37.2
api. 50.2
oeta. 50.2
elerū 44.1
lerum equi
18.1
ilitū. 48.1
ilitū, & cō
testas 32.1
osan. 47.2
ptās. 47.2
43.2. 47.2
.1. & 47.1
43.2
loniae dedu
33.2
ip. cōstitu.
otfuli. 44.1
V
72.2. & 55.2
elinguentis
56.1
NIS.